¶ Sexto facit hominē inſatiabilē vel ſolitarium: ſicut aues rapaces volant non cōgregatim ſed ſolitarie: ſic auar⁹ ſemꝑ eſt ſolitarius: qꝛ nunq̄ vult ſociū in pecunia. vnde de auaro dr̄ Eccl'i. iiij. Unus eſt et ſcd̄m non habet. Et ideo ſua eſt hec maledictio: que ibidem ſcribitur. Ue ſoli.

¶ Septimo facit hominē obliuioſum proprie ſalutis. Et in ſignū huius manaſſes ⁊ effraim fuerūt fratres. vt habetur Gen̄. xlj. Manaſſes interꝑtatur obliuio. Effraim fructificans vel creſcens/ ⁊ figurat auarū qui eſt creſcens effraim. i. in diuitijs: ⁊ eſt manaſſes qꝛ ſcʒ obliuiſcitur proprie ſalutis.

¶ Octauo facit hominē anguſtioſum Nam dicitur Eccl'i. x. Labor ſtultoꝝ affliget eos. Ideo diuitie dicuntur ſpine. Luce. viij. quia cruciant poſſidentes: ſicut videm⁹ ꝙ ſpina in pede non ſinit hominem quiete dormire.

¶ Nono facit hominē tēpeſtuoſum. nunq̄ eni cupidus vel auarus poteſt habere nec in conſcientia nec in domo propriā pacē. vnde dicitur Prouerb. xv. Conturbat domū ſuam qui ſectat̄ auariciam. Eſt eni talis ſicut canis q̄ dum rodit os iraſcitur omni appropinquanti ſibi ſiue ſit extraneus ſiue not⁹: vulgo dicitur ꝙ canis nō vult ſocium in coquina.

¶ Filie autem auaricie ſunt duodecim. ſcilicet Uſura Rapina/ Latrocinium. Tallie iniuſte. Fraus negociatorū Deceptio aduocatoꝝ/ Acceptio munerum/ Symonia pro promotione conſanguineorum/ Peccata anachoritarum. i. illorum qui promouētur fauore et potentia principū. Fraus mercatorū. Auaricia ſcie. Iniq̄tas luſorū.

¶ Iſta eni pctā que gn̄at auaricia figurant̄ per. xij. duces q̄s yſmael generauit. Iſmael eni erat ydolatra/ ⁊ figurat auarū. De quo dr̄ Ephe. v. Auaricia eſt ydoloꝝ ſeruitus. Filij ei⁹ recte dicunt̄ duces: qꝛ fere tot⁹ mūd⁹ regit̄ et ducitur iſtis duodecim pctīs q̄ ex auaricia naſcunt̄. Nam dicit̄ Eſa. lvj. Oēs in viā ſuam declinauerūt vnuſquiſq3 ad auariciā a ſummo vſq3 ad nouiſſimū. Et Hiere. dicitur ꝙ a minori vſq3 ad maiorē oēs auaricie ſtudent.

## ¶ De accidia. Cap. vij.

Accidia eſt paru⁹ amor boni cum tedio: et inordinata animi triſticia/ ⁊ īpatiētia rei diuine. ¶ De accidia nota ſpāliter tria. ſ. Typū turpiſſimū/ Pānū grauiſſimū/ ⁊ Partum viliſſimū. ¶ Accidia hʒ multas figuras et ſimilitudines deteſtandas.

¶ Primo cōparatur accidia ſalicib⁹ que ſunt arbores infructuoſe ⁊ ſolū faciunt vmbram: ſic accidioſi ⁊ ocioſi nullum faciūt fructū: ſed ſolum vmbram diabolo ⁊ refrigeriū. Unde dicitur de diabolo. Job. xl. Circūdāt eum (ſcilicʒ diabolum) ſalices infructuoſe.

¶ Scd̄o cōparatur accidia febri ethice vl' pthiſice: vel laſſe: vl' paliſi. Febris ethica vel pthiſica fit ex ꝯſūptione humoris naturalis: ſic accidia fit qꝛ deficit humor diuine dilectiōis ⁊ deuotionis. Sil'r febri laſſe ꝯparat̄. Nā febris hmōi vix aut nūq̄ curat̄: ſic piger/ vel ocioſus cum ſit ſemimortu⁹ vix corrigitur. Eſt eni lāguor. d' q̄ dr̄ Eccle. x. Lāguor prolixior grauat medicū. Cōpat̄ ēt paliſi q̄ facit mēbra arida ⁊ īpotentia. ſic accidia facit pedes īpotētes ad ambulandū/ man⁹ ad operandū/ ⁊ mēbra oīa ad laborē pnīe ſuſtinēdū. vn̄ de talib⁹ dr̄ in pš. Manus hn̄t ⁊ non palpabunt/ pedes habēt et nō ambulabunt.

¶ Tertio ꝯpatur adonibeſech. de q̄ dicitur Judicū. j. ꝙ amputauit man⁹ et pedes. lxx. regib⁹. Adonibeſech eni interpretat̄ dn̄ator egeſtatis ⁊ ſignificat accidiā q̄ facit ſubditos ſuos egētes ⁊ inopes. Nā dr̄ Puer. x. Egeſtatē opata eſt man⁹ remiſſa. i. pigra. Iſte adonibeſech amputauit man⁹ et pedes regibus: qꝛ ad litterā reges et prelati volūt nunc viuere ocioſi. Uel reges dicūtur viri religioſi. Iuxta illud Ecce. xlviij.

Qui vngis reges ad penitētiam. Religioſi quidē deberent ſe et alios regere per vitam et doctrinā: ſed aliqui habēt man⁹ ⁊ pedes amputatos ꝑ accidiam.

¶ Quarto cōparatur ocioſus cani famelico huiuſmodi enim piger et ocioſus ad modum canis eſurit ⁊ oēs ſenſus vniuerſalem famē patiūtur. iuxta illud Pſalm. Famē patientur vt canes. os enim eius eſurit cibaria delicata lingua verba vacua / man⁹ opera vilia / coꝛ honoꝛes / auris rumoꝛes / ⁊ oculi vanitates. Ideo dicitur ꝓuerb. xxj. Deſideria occidunt pigrum.

¶ Quinto cōparatur ocioſus vel piger ferro / ⁊ aque terre: et veſti: ſcolari negligenti: homini ſtanti et non ambulanti. Iſtis eni ſex eadē ratiōe adaptatur. Ferrū quidem qd nō tractat cito rubiginat: terra q̄ nō colit malas herbas gñat: aqua q̄ nō mouet cito coꝛrūpitur: veſtis q̄ non poꝛtat de facili a tinea coꝛrodit. ſcolaris negligens q̄ non addiſcit d neceſſitate nihil ſcit: hō ſtās qui non vadit facilius cadit q̄ ille qui ſemp icedit. Sic accidioſus q nō exercet ſe i aliq̄ bono ope: nō ſuccūbit vicijs et vincit tētatiōe. vñ dicit hiero. ad ruſticū monachū. Sēp aliqd boni facito vt te diabol⁹ nō inueniat ocioſum. Facilius eni diabolus occupat illos qs in bono opere nō inuenit occupatos. Nā īmūdus ſpūs cū inuenit domū vacantem. ſ. per accidiam: aſſumit alios. vij. ſpūs nequioꝛes ſe. i. vniuerſa vicia / et ingreſſi habitant ibi. Matth. xij.

¶ Sexto ꝯparat ocioſus ⁊ piger litargico qui moꝛit doꝛmiendo ſicut yſara. de quo dicitur Iudicū. iiij. ꝙ ſopoꝛem moꝛti ſocians deficit ⁊ moꝛtu⁹ eſt. Et ſicut vulgo dicit ꝙ nimis foꝛtiter ⁊ ꝓfunde doꝛmit qui culcit. an ſibi furari pmittit. ſic piger nimis oppꝛeſſus eſt ſōno accidie qui permittit ſibi furari culcitrā. i. quietem bone conſcientie.

¶ Dāna accidie ſūt ſppecialiter ſeptē. ¶ Pꝛimū eſt paupertas q̄ facit hominē egentē tam coꝛpoꝛalr q̄ ſpiritualiter. Pꝛouerb. xj. Egeſtatē opata eſt man⁹ remiſſa. Et matth. xxv. dicit de ſeruo pigro. Tollite ab eo talentū: quia vere talētum gratie meret amittere / q̄ illud negligit multiplicare.

¶ Scdm eſt vilitas. facit eni accidia hominē vilē. vñ dicit Eccli. xxij. In lapide luteo lapidabit piger. Lapis luteus poteſt dici peccatum imundū: ad qd accidia facit hominē pꝛonum.

¶ Tertiū eſt timoꝛ vel puſillanimitas facit eni hominē pauidum et puſillanimem ad modū lepoꝛis. vñ dicit ꝓuer. xviij. Timoꝛ deijcit pigrum: ſcʒ de cacumine virtutis.

¶ Quartū eſt ſpiritualis coꝛruptio. coꝛrūpitur eni ad iſtar aque nō mote. Ideo dicit hier. xlviij. Moab non eſt tranſfuſus de vaſe in vas. Moab interꝑtat accidioſus qui de vaſe in vas non eſt trāſfuſus: quia in bonis operib⁹ nō eſt occupatus.

¶ Quintū eſt vicioꝛū accumulatio. Replet enim accidia hominem vniuerſis vicijs. Nam dicit ꝓuerb. xxiiij. Per agrū hois pigri trāſiui: et ecce totū repleuerant vꝛtice. Urtica recte figurat accidiā. nam vꝛtica habet molle foliū: ſed in folio habet aculeum pungitiuū. ſic accidia ad modū vꝛtice hʒ in mollicie remiſſionis aculeū pungitiue tētationis. ⁊ ſicut aſin⁹ libēter paſcit hmōi pungitiuis. i. cardonibus ſic piger libenter paſcit hmōi pungitiuis. i. delectationibus peruerſi quaſi aculeatis.

¶ Sextū eſt expꝛobabilis accuſatio. facit eni accidia hoīem expꝛobatione dignū. Vñ dicit pꝛouerb. xxiiij. Uſq̄ quo piger doꝛmis. Et ideo ad cōfuſionem negligentie mittit ocioſus i ſchola foꝛmice ad diſcēdū. Iuxta illud qd ſcribit. ꝓuerb. vj. Vade ad foꝛmicā o piger. Et ſatis eſt homini magna cōfuſio ꝙ opoꝛteat eū addiſcere a tā paruo ⁊ deſpecto magiſtro. Et nota ꝙ pigritia vel negligētia eſt pꝛecipue repheñſibilis in decem caſibus.

¶ Pꝛimo qñ eſt magnū iter et tp̄s breue. ſic nos habemus magnū iter. ſ. vſq̄ ad celū. Iuxta qd dictum eſt helye. iij. Reg. xix. Grādis eni reſtat tibi via et tēpus eſt valde bꝛeue. ſ. vita nr̄a q̄ eſt

quaſi tranſitus vmbre: vt dr Sap. v.

¶ Secūdo eſt rep̄hēſibilis negligentia quādo quis expectat᷑ a magiſtris ⁊ pigritat vēire: ſic nos p̄iculoſe pigritamꝰ q̄ expectamur ab angelis ⁊ ſanctis.

¶ Tertio qñ q̄s vocat᷑ ad magna. ſic nos pigritari eſt periculoſum: qꝛ vocamur ad magna. ſ. ad regnum celorum.

¶ Quarto quādo multa impedimenta ſunt in via: ſic nos nullo modo debemus pigri eſſe: qꝛ viam noſtrā impediunt tentatiões diuerſe.

¶ Quinto quādo res īpignorata non redimitur in termino: ſic nobis periculoſum eſt ſi negligamꝰ aīam redimere q̄ eſt impignorata diabolo per peccati delectationem.

¶ Sexto qñ preſcriptio eſt prope terminū ſuū: ſic nobis erit valde periculoſum cū diabolꝰ p̄ſcripſerit hominē ſeu aīam per pctā multo tpe: ſi non inq̄tetur eius preſcriptio. ſ. lachryma/ cōfeſſiōe orōne: ⁊ hoc ante terminū preſcriptiōis. i. añ diē mortis: qꝛ dicit᷑ Eccli. xviij. Ante mortē confitere. Et iterū. Viuus ⁊ ſanꝰ confiteberis.

¶ Septimo qñ quis accedit in turpē locū: turpis enim locꝰ in quē credimꝰ eſt pctm̄ qđ eſt quid turpiſſimū. et ideo debemus eſſe pigri ad ſurgendum.

¶ Octauo quando donum offertur. Hoc donū eſt diuina gratia: ⁊ ſi illud negligimus accipere: hec negligentia eſt valde periculoſa.

¶ Nono qñ quis eſt in magno periculo niſi ei ſuccurrat᷑, eſt valde periculoſum ei. ſic negligētia valde periculoſa ē homini pigro: niſi tātum cito anime ſue ſuccurrat. que eſt in periculo infernalis precipitij.

¶ Decimo qñ tp̄s eſt plantandi arbores ⁊ nō plātant᷑: putādi vineas/ et nō putant᷑: ſeminādi agros/ ⁊ nō ſeminantur: metendi meſſes/ ⁊ non metunt᷑: domandi aīalia et nō domātur: curandi vulnera et non curantur: lauandi veſtes/ ⁊ non lauantur: ſaliendi carnes/ et non ſaliuntur.

¶ In omnibꝰ iſtis eſt valde p̄iculoſa pigri negligētia/ et merito ſunt reprehenſibiles q̄ in iſtis ſpecialiter ſunt negligētes. Eſt enī modo tp̄s ad omnia predicta ſpūaliter facienda. Nunc enī eſt tēpus plantandi per charitatis radicationē: putandi per peccatorū confeſſionem: ſerendi per elemoſinarꝫ largitionē: metendi per bonorū operū accumulationē: domādi aīalia per carnis mortificationē: curandi vulnera p̄ penitētie medicationē: lauandi veſtes per lachrymarū effuſionē: ſaliendi carnes per continentie ſatiſfactionē. Hec enim decē precepta ſunt q̄ oportet fieri cito. vt dicitur Apocal᷑. j.

¶ Filie accidie ſunt q̄ndecim. ſcilicet Tepiditas/ Mollicies/ Sōnolentia/ Ocioſitas/ Dilatio/ Tarditas/ Negligentia/ Impſeuerātia/ Remiſſio/ Diſſolutio/ Ignauia/ Indeuotio/ Triſticia/ Tedium vite et Deſperatio.

¶ Hec quindecim pctā q̄ naſcuntur ex accidia figurantur per quindecim cubitos. Geñ. vij. quibꝰ aſcēdit aqua diluuij per montes vniuerſos. Sicut enim aqua diluuij ſubmerſit mūdū: ſic accidia ſuffocat ocioſum. ⁊ ſicut nunc q̄ndecim cubitis ſup oēs mōtes effluxit aqua. ſic ex accidia q̄ndecim generātur peccata. Ideo nota ꝙ cōtra predicta peccata ſummū remediū eſt diuerſitas occupationum.

## ¶ De gula. Cap. viij.

GUla eſt imoderatꝰ appetitus edendi et potandi.

¶ De gula nota ſpecialiter tria. ſ. Typū reprobandum/ Dānū lamentandū/ Partum deteſtādū. ¶ Gula multis rebus deteſtabilibus comparatur.

¶ Primo eſt ſquinātie ſimilis. nā ſquinantia eſt morbꝰ gutturis ⁊ cito ſuffocat hoīem: ſic gula q̄ ad litterā eſt gutturis viciū faciliter ſtrāgulat hominē per peccatū. Vñ dicit᷑ Eccli. xxxvij. Propter crapulā multi obierūt morte quadruplici. ſ. morte nature/ culpe/ infamie et gehenne.

¶ Secundo cōparatur morbo regio. nā ille morbus requirit magnas expen

ſas et inde dicitur regius: qꝛ ſoli reges et homiẽs potẽtes poſſunt ſpecialiter ſufficere ad expenſandas tã grandes: ſic gule viciũ eſt tam magnarũ expẽſarum ꝙ vix põt ei aliqd ſufficere. Nam dicitur Eccles. vj. Omĩs labor hominis eſt in ore ſuo .i. qcquid ex labore acquirit: ore ſuo guloſe conſumit.

¶ Tertio cõparatur boliſino. nam boliſinus et caninus appetit⁹ qui interficit hominẽ guloſum: quia nõ poteſt ſatiari: ſic gula maledicta ad modũ appetitus canini interficit guloſum q̃ nũꝗ poteſt ſatiari. vnde dꝛ Prouerb. xiij. Venter impiorũ inſaturabilis.

¶ Quarto cõparatur guloſus ſacco pertuſo vel ꝑforato in fundo qui quãtũcunqꝫ ex vna parte acq̃rit tm̃ ex altera perdit: talis ſaccus eſt guloſus homo: qui ex vna parte habet coquinã ad implendũ ventrẽ: ⁊ ſic ex altera latrinã ad euacuãdũ. Et ſatis eſt miſer homo qui ſemꝑ eſt dedit⁹ tam vili officio. vñ dicitur Aggei. j. q̃ mercedes congregauit et miſit eas in ſacco pertuſo.

¶ Quinto guloſus ꝯparatꝛ porco. nã porcus eſt anĩal deditũ gule. diabolus autẽ nutrit et ĩpingat porcos ⁊ bachones ſuos .ſ. guloſos: vt poſtea ad fumũ inferni donat vt eos ineternũ deuoret et paſcatur. Unde dicitꝛ Matth. viij. Si eijcis nos hinc: mitte nos in porcos: id eſt in guloſos.

¶ Sexto comparatꝛ gula freno. nam ſicut ſellum ducit equũ quocũqꝫ voluerit poſtꝗ ipm infrenauerit: ſic gula ducit guloſum ad om̃e peccatum ex quo homo vicium gule infrenari ſe ꝑmittit Ideo de guloſo dicitꝛ in Pſal. In chamo et freno maxillas eorũ conſtringe.

¶ Septimo guloſus cõparatꝛ eſau q̃ pro cibo lenticule vẽdidit ꝑmogenita: ſic guloſi pro gula vendũt premia eterna. Nam dicitur Trenoꝝ. j. Dederunt queqꝫ precioſa pro cibo.

¶ Octauo cõparatꝛ piſci et aui. nam ſicut piſcis per guttur capitꝛ cũ hamo et auis per colũ cum laqueo tenetꝛ: ſic guloſus per guttur ⁊ colũ capitur gule vicio. Et p̃cipue inter aues guloſus ſimilis eſt auib⁹ pinguib⁹ ꝑpt tria ſpãlr.

¶ Primo quippe qꝛ auis pinguis nõ poteſt multũ alte volare: ſic guloſ⁹ nec celeſtia deſiderare. Itẽ auis pinguis ſicut ſunt coturnices in vindemijs: q̃ ſunt pingues de facili capiũtur ab accipitre: ſic hoĩes deditꝛ gule facile vincuntur a tẽtatione. Itẽ ſicut auis pinguis .ſ. accipiter qñ eſt bene ſatur non vult venire ad manum dñi/ q̃tũcunqꝫ oſtendãtur carnes: ſic guloſi fugiunt manus dei q̃tũcunqꝫ oſtendat eis carnes rubeas .ſ. benedicte paſſionis xpi. Nam deut. xxij. dicitꝛ de guloſo/ icraſſatus/ impinguatus/ dilatat⁹/ dereliq̃t deum factorem ſuum.

¶ Nono ꝯparatur guloſus cani q̃ ducit cecum ĩ lutũ. Nam canis ducẽs cecum ꝑpter os q̃d videt in luto ducit cecum in lutũ: ſic gula ducit guloſũ in lutum .ſ. in immundiciã peccati. Et ideo ſuadet ſapiens. Eccli. xviij. Poſt concupiſcentias tuas non eas.

¶ Damna gule ſunt ſpecialiter ſex.

¶ Primũ eſt mẽtis brutalitas q̃tum ad rõnis defectũ. Nã dicitꝛ .ij. Pe. ij. Hi .ſ. guloſi ſunt velut irratiõabilia pecora: ⁊ etiã quantũ ad defectũ cõpaſſionis. Nulla eñi compaſſiõe mouetur guloſus ad pauperẽ ⁊ afflictũ: acſi eẽt anĩal brutum: vñ dicitꝛ Amos. vj. Bibẽtes vinũ in phiala: cõpatiebãtur ſuper contritione Ioſeph .i. pauꝑis. Exemplum de diuite epulone. Luce. xvj. qui nõ eſt cõpaſſus lazaro. cui tamen cõpatiebantur eius vlcera lingendo.

¶ Secundũ eſt corporis infirmitas. Nam dꝛ Eccli. xxxvj. In multis eſcis nõ deerit infirmitas: ⁊ etiam mors triplex: ſcilꝫ nature/ culpe/ et gehenne.

¶ Tertiũ eſt oris loq̃citas: ſicut patet de herode q̃ in cõuiuio temere promiſit ⁊ iurauit ſaltatrici puelle ſe daturum quicq̃d peteret: ⁊ ad petitionẽ ei⁹ ꝑcepit amputari caput Iohannis baptiſte. Marci. vj.

¶ Quartũ eſt inopia rerũ. Exemplũ de filio ꝓdigo qui diſſipauit oĩa bona ſua quouſqꝫ fuit ita pauꝑ ꝙ cupiebat de ſiliquis porcorum ſatiari: que idem

ſunt q furfur ſm aliquos: ⁊ ſm alios cortices fabarum.

¶ Quintū eſt carnis luxuria. nam ex vicinitate mēbroꝝ. ſ. vētris et genitaliū intelligit̄ cōfederatio vicioꝝ. Ideo dr Hier. Saturauit eos ⁊ mechati ſūt.

¶ Sextū eſt cordis ſtultitia. Vñ dicitur puerb. xx. Quicūq̈ his delectat̄ nō erit ſapiēs. Oſee. iiij. dr q vinum ⁊ ebrietas auferunt cor.

¶ Filie gule ſunt due: ſcilʒ Caſtrimargia/et Ebrietas. Caſtrimargia eſt exceſſus i cibo: ⁊ dicit̄ a caſtro ⁊ mergo. gis: ideo quia oīa mergit in caſtro vētris. Ebrietas eſt exceſſus in potu. ⁊ dicitur ebrietas q̄ſi extra briā. nam bria dicebat̄ antiquit⁹ calix vel ciph⁹ qui erat mēſura pot⁹. nam vinū dabat̄ ad menſuram. Et iſte due filie ſunt ille filie de qb⁹ dicit̄ puer. xxx. Sāguiſuge due ſūt filie dicentes. affer affer. Sanguiſuga dicitur venter: quia ad modū ſanguiſuge citi⁹ obruit̄ q̄ ſatiat̄ vt dicit Ber. Huiuſmodi ergo ſāguiſuge. ſ. vētris due filie. ſ. caſtrimargia ⁊ ebrietas dicentes. affer affer. Nā caſtrimargia dicit affer cibū: ⁊ ebrietas dicit affer potum: vna vult aliquantulum comedere poſt potū: ⁊ alia aliquātulū bibere poſt cibū: et ſic in infinitum.

## ¶ De luxuria. Cap. ix.

Luxuria eſt immoderatus appetitus ſm tactum.

¶ De luxuria no. ſpecialiter tria. ſ. q hʒ typū odioſum. Dānum remorſiuum. Partū pnitioſum. ¶ Luxuria habet multas figuras detectabiles ⁊ ſiſitudines odioſas. ¶ Primo enim cōparat̄ gehenne. Nam in gehēna ſunt ſpecialiter tria. ſ. ignis ardens/ vermis rodēs ſulphur fetens. Sic in pctō luxurie eſt ignis ꝯcupiſcētie. vermis. ſ. remorſus cōſciētie: et ſulphur. ſ. fumus infamie et ideo qui eſt in peccato luxurie iam quodāmodo eſt in ſupplicio gehenne. vñ dicitur Matth. v. Expedit tibi. ſ. o luxurioſe: vt pereat vnū mēbrū. ſ. illd viliſſimū et innominandū q̄ totū corpus tuū mittat̄ in gehennā. ¶ Secūdo comparat̄ luxurioſus fatuo mercatori qui rem pcioſā dat pro vili pcio. ſic luxurioſus animā dat p vili pcio. ſ. p peccato. vnde dicit̄ Prouerb. iiij. Precium ſcorti vix eſt vnius denarij. Mulier autem precioſa aīam viri rapit et facit magnā iniuriam iſte fatu⁹ mercator chriſto qui cariſſime emerat animā eius. Debuiſſet enī dixiſſe diabolo q̄ emit animas ad tā vile precium non poſſum tibi vendere aīam meā: qꝛ alius. ſ. chriſt⁹ ſatis maiori precio emit eam. Iuxta illd quod dicit̄. j. Coꝛ. vj. Empti enī eſtis precio magno. Iſte enim fatuus mercator. ſ. luxurioſus q̄ ita magnū forū fecit de mercibus ſuis non eſt mirū ſi cito amiſit capitale ſuū et ideo iter oēs peccatores luxurioſus veniet ad iudiciū pauperib⁹: nam hoc vendidit ⁊ deſtruit quicqd habeat: ſcʒ deū et ſanctos animā/famā / gloriam ſubſtantiā/et gratiam. ¶ Tertio ꝯparatur luxurioſus coruo q̄ cadauerib⁹ adheſit. vt dr geñ. viij. ſic facit luxurioſus qꝛ dimiſſa archa ꝯtinētie ⁊ caſtitatis adheret cadauerib⁹. i. delectationibus imundis. ¶ Quarto luxurioſus cōparatur fatuo bellatori ſcʒ inermi q̄ vix cauet hoſtē ſuum qñ ipſum melius videt armatū. Arma nāq̄ diaboli ſūt mulieres. ille enī ſūt baliſte diaboli de longo ſagittātes. Tunc enī fatuus eſt luxurioſus q̄ non curat hoſtē ſuū fugere ſed attendit pulchritudinē baliſte. ¶ Similiter mulier cōpta ⁊ pulchra cum ſuis ornamētis eſt gladi⁹ dyaboli bñ ſcindēs bene limatus. Luxurioſus eſt tantū infatuatus et attentus circa pulchritudinē iſti⁹ gladij q non curat fugere icrū iimici ſui. Siliter mlieres ſunt caſtra in quib⁹ diabol⁹ ponit vexilla. i. diuerſa paramēta. Luxurioſus nimis appropinqt ad caſtrū vbi videt arma diaboli: et quia non cauet percutitur ⁊ iaculat̄ tātū tract⁹ eſt pulchritudine vexilloꝝ. Unde bñ figurat̄ luxurioſus per abimelech de quo dicit̄ Iudicū. ix. q veniens ad oppidū abimelech appropinquit ad turri/ et ecce

vna mulier fragmen molle deſuper caput eius iaciens confregit caput eius cerebrūq; effudit. Abimelech iſte nimis appropinquās ad turrī eſt homo luxurioſus incaute appropinquās ad mulierē: fragmen molle ꝓiecit mulier et abimelech interficit: eſt tētatio que a muliere ꝓcedit ⁊ miſerū luxurioſum interficit. ¶ Quito cōparat̄ luxuria ſagene. nā ſagena om̄e genus piſcium capit: nec facit aliquā differentiā: ſed quicquid inuenit appr̄hendit: ſic pctm̄ luxurie fere totū mundū inuoluit. Nā dicitur de diabolo qui piſcat̄ cū hac ſagena. Abacuch. j. Totum in hamo ſuo leuauit: totū traxit in ſagena ſua.

¶ Sexto cōparat̄ luxuria igni greco. Ignis enī grec⁹ horribil'r ardet: ⁊ aq̄s cōburit: et vix pōt extingui: ſic ignis luxurie etiam frigidis et mortificatis ardet ⁊ fere om̄ia deuorat. Nā dicit̄ de luxuria Job. iij. Ignis eſt vſq; ad conſumptionem deuorans. Et Joelis. j. Ignis ſcʒ luxurie comedit ſpecioſa deſerti. i. pulchros viros ⁊ mulieres hui⁹ mundi. Et nota q̄ ignis iſte grec⁹ conſueuit extingui cū duobus. ſ. cū arena et cū aceto: q2 luxuria habet iſta duo magna remedia. Arenā. i. cōſiderationem infructuoſitatis huius mundi. et acetum. i. acrimoniā ⁊ auſteritatē penitentie. ¶ Septimo ꝯparatur luxurioſus equo. nā equus nihil valet ſine calcarib⁹ ⁊ freno: ſic homo niſi habeat frenū cōtinētie cū calcarib⁹ penitētie efficitur inutilis/ad modū equi nō frenati ꝓpter luxurie laſciuiam. Ideo dicitur in Pſal. Nolite fieri ſicut equus et mulus. ¶ Octauo comparat̄ luxurioſus naui: q̄ a nauta ſine vllo gubernatore ducit̄: ſed ſolū aque fluxū ſequi permittit̄. Juxta illud qd̄ vulgo dicitur. Qui vadit ad votū ſuū vadit ad dolorē ſuum. Nauis enim nunq̄ per ſe ad portū ducit̄/niſi recte a nauta ducatur vel regatur. Caro noſtra eſt nauis: et ſpirit⁹ eſt nauta: ſed nunq̄ caro veniet ad portū ſalutis niſi a ſpū ducatur gubernaculo virtutis: imo ſequeretur fluxum aque: id eſt impetū luxurie ⁊ laudē precipitaret hominē in mare occeanū dānationis eterne. In figura huius dicit̄ Math. viij. q̄ nauicula operiebatur fluctib⁹: quia vero caro noſtra mergeretur fluctibus tētatiōis niſi adeſſet auxiliū virtutis. ¶ Nono cōparatur luxuria ſtercori ⁊ luto propter vilitatem: nā ſicut corp⁹ fouet̄ in luto et equus iacet in ꝓprio fimo: ſic luxurioſi perſeuerantes interdū moriuntur in ꝓprio peccato. Et ideo dicitur Joelis. j. Cōputruerunt vt iumēta in ſtercore ſuo. Sup quo dicit Gregori⁹. Jumēta in ſtercore ſuo putreſcere eſt luxurioſū in furore luxurie vitā finire.

¶ Dāna luxurie ſūt ſex. Primo enim hominē duxit ad maximā paupertatē aufert ſiquidē gl'iam ⁊ grām: et ꝓpriā ſubſtantiā. vnde dr̄ Luce. xv. q̄ filius prodigus per quē luxurioſus figurat̄: diſſipauit ſubſtātiam ſuā in meretricibus viuendo luxurioſe. ¶ Scd̄o deijcit in peſſimā ſeruitutē. facit enī q̄ turpior et vilior pars que eſt in hoīe dn̄atur ei. Hec ſeruit⁹ figuratur p ſeruitutem egypti q̄ erat ſeruitus luti et lateris. vt dr̄ Exodi. j. p quā bene intelligit̄ luxuria que eſt ſeruitus lutoſe delectationis. ¶ Tertio ꝓijcit hominē in maximā vilitatē: q2 hoīeʒ qui ſiīis eſt deo et angelis facit eſſe parē brutis. vñ dicitur in Pſal. Homo cū in honore eēt nō intellexit. ſ. q̄ ad imaginē dei creat⁹ ſit. comparat⁹ eſt iumētis inſipientib⁹ et ſimilis fact⁹ eſt illis. ¶ Quarto luxuria ꝑuat hoīem om̄i rōne ⁊ ſicut animalia bruta turpiter infatuat ſicut patet in ſalomone qui ante fuit ſapiens: et tamē de ipſo dicitur. iij. Regū. xj. q̄ deprauatū eſt cor eius ꝓpt mulieres.

¶ Quinto hominē acriter mortificat occidit enī triplici morte. ſ. morte corpe/morte infamie/⁊ morte gehenne: et iō dicitur Eccl'es. vij. Inueni amariorē morte mulierē. Mors enī nature ſimplex eſt et tranſitoria: ſed mors luxurie multiplex ē ⁊ ſēpiterna. ¶ Sexto hominem fortiter illaqueat: vñ dr̄ Eccleſiaſtes. vij. de muliere. Laque⁹ venatorum eſt. i. demonū/ qui venātur aīas

peccatorum ſagena cor eius vincula ſunt manus illius.

¶ Et nota hic de muliere triplex genus capture. ſciꝫ laqueum quo capiūtur volatilia/ Sagenam qua capiūtur natatilia. Vincula quibꝰ capiūtur animalia ſilueſtria et terreſtria. Luxuria vero capit volatilia. i. ſuperbos. naturali. i. delicioſos: et aīalia terreſtria. i. auaros. et ſic fere nihil ſibi euadit.

¶ Filie luxurie ſunt quinqꝫ. ſ. Fornicatio que eſt cū muliere ſoluta. Adulterium qđ fit cum coniugata. Stuprū quod eſt cum virgine vel religioſa. Inceſtus qui eſt cum affine vel ꝯſanguinea. Et peccata cōtra naturam. ¶ De iſtis quinqꝫ filiabus habetur in figura iiij. Regū. vj. vbi dr̄ ꝙ quarta pars cabi ſtercoris colūbarū qnqꝫ argenteis vendebatur. Stercus colūbe que eſt auis luxurioſa: figurat imundiciā luxurie: qnqꝫ argenteis quibꝰ ſtercꝰ emitur vel venditur ſunt iſta qnqꝫ peccata quibus delectatio luxurie procreat̄ Et bene quarta pars ſtercoris emitur quinqꝫ argenteis: qꝛ cum quattuor ſint in peccato luxurie. ſ. cogitatio/ delectatio/ conſenſus et operatio: vnū ſolū de iſtis. ſ. delectationē. i. quartā partem peccati precipue emit et procurat luxurioſus. ab his omnibus vicijs ſupradictis nos clemēter abſoluat ⁊ potenter eripiat pr̄ et filiꝰ et ſpūſſctūs. Amē.

## ¶ Secunda dieta De penitentia. Capitulum. xj.

POſt tractatū de vicijs ſequit̄ tractatus de penitētia q̄ eſt ſcđa dieta ſalutis. ſ. a peccatis ad penitentiam peruenire. ¶ Et nota p̄mo de penitētia ſpecialiter tria. ſ. Laudes multipharias/ Partes neceſſarias/ ⁊ Artes meritorias/ Vel p alia v̄ba/ Laudes eiꝰ figurales/ Eius ptes ītegrales. Eius ptes v̄tuales. ¶ Laudes eiꝰ mōſtrat multiplex eiꝰ figura et ꝯparatio. Partes eius integrales ſunt. Contritio/ Confeſſio/ Satiſfactio. Partes eiꝰ v̄tuales ſunt/ Ieiunium/ Elemoſina/ Oratio.

¶ Habet igitur penitētia laudes multiplices ſ̄m diuerſas ipſius figuras et cōparationes. Cōparatur autē primo ſpecialiter tribus. Eſt enī penitētia ſicut aqua calida contra canes: ſicut clamor contra fures: ſicut arma cōtra hoſtes. Et itaqꝫ penitentia ſicut aqua calida cōtra canes: et maxime quātū ad ꝯtritionē. Sicut enim cū aqua calida eijcitur canis de coquina: ſic cū aqua lachrymarū feruentiū eijcit̄ diabolus et peccatū de anima. In cuius figura dicitur Gen̄. xxxvj. Anā inuenit aq̄s calidas p̄mo in deſerto. Anā qui interpretat̄ donatus vel ſanctificatus ſignificat penitentē aque calide. lachryme monſtrant penitētis cōtritionē. ſolido vero in qua aque calide inueniūtur deſignat vitam ſolitariā penitētis: ſed ad mundificationē vel meditationē. De q̄ amb. Lachryme lauāt delictū ꝙ voce pudor eſt confiteri. Iſte eſt anā qui inuenit aquam calidam cum paſceret aſinos patris ſui ſacerdotis.

¶ Cōparat̄ aūt penitēs arbori: cuius radix eſt ꝯtritio/ frōdes cōfeſſio/ et flores ſancta deuotio/ fructꝰ bona opera/ humor grē diffuſio. Vel dicūtur penitentes radicati cum xp̄o per humilitatem/ extenſi per charitatem/ operti cortice per auſteritatem/ dantes vmbram alijs ꝑ bona exēpla et cōſilia. Apo. vij. Nolite nocere terre ⁊ mari neqꝫ arboribus. Hec arbores ſunt oliua/ vitis/ ⁊ ficus: oliua actiui miſericordes: ficꝰ cōtemplatiui clauſtrales: vitis ſancti predicatores. Iudicū. ix. Ficus noluit regnare ſuper ligna ſiluarum. i. ſuper homines fructuoſos.

¶ Eſt etiā penitētia ſicut clamor contra fures q̄ntum ad confeſſionem: nam ſicut ad clamorem fugiūt fures: ſic penitētis clamoſa cōfeſſio vel oratio fugat demones. Unde in figura huiꝰ dicitur. j. Macha. iiij. ꝙ timor iude q̄ interpretat̄ ꝯfeſſio: repulſi ſūt īimici eiꝰ.

¶ Eſt inſuper penitētia ſicut arma cōtra hoſtes/maxie quātū ad ſatiſfactionem/non ſatiſfactio penitētis:ſicut ieiunium ⁊ elemoſina ſunt quedā penitētis arma. Nam dicit Aplus.ij.Cor.x. Arma militie noſtre non ſunt carnalia: ſed ſupple carnē macerātia. De elemoſina dr̄ Eccle.xxix. Sup ſcutū potētis et ſuper lanceā pugnabis aduerſus inimicū tuū. ¶ Item pnia eſt turbatiua inſtar maris:accenſiua inſtar ignis:cōcluſiua inſtar ſepis. ¶ Eſt itaqꝫ penitētia ſicut quedā maris turbatio:nam ſicut mare non emittit immūdicias niſi ſit turbatū:ſic aīa non emittit peccatum niſi in ſe habeat pnie ⁊ cōtritionis cōturbatiōem ⁊ motū. Ūn̄ de penitēti dicit̃ Threñ.ij. Magna eſt velut mare cōtritio tua. ¶ Eſt etiā pnia ſicut quedam ignis accēſio. Nam ſicut ignis ꝓducit fumū de viridibꝰ lignis:ſic virtꝰ pnie de pctōribꝰ educit fumū cōtritionis. Et ſicut ligna viridia reddunt aliquē humorē per virtutē ignis: ſic peccatorꝫ oculi eructāt virtute pnie humorem lachrymoſe cōpūctionis. Nam dr̄ in ps. Exitus aquarꝫ deduxerūt oculi mei. Et ſicut ligna viridia que ſunt bene accenſa fortiꝰ ardēt vel caleſiūt: ſic pctōres penitētes q̄ ſunt igne pnie vehemēter accēſi fortiꝰ diligūt:ſicut ptꝫ Luce.vij. Cui multū dimittit̃/multū diligit̃. Sed ſunt multi q̄ non inueniūt ignem ſed aquā craſſam:vt dr̄.ij.Macha.j. Tales ſunt q̄ cogitāt vitā ſuam p̄teritā non ad cōtritionē ſed ad delectatiōem. ¶ Eſt eñ pnia ſicut quedā ſepis cōcluſio. Nam ſicut agricola cū eiſdem ſpinis quas extrahit de vinea claudit vineā contra porcos ⁊ beſtias: ſic penitēs cogitādo pctā ſua dꝫ claudere ⁊ munire cor ſuū contra oēs tētatiōes beſtiales ⁊ immūdas. Hec eſt ſepis de qua dicit ſapiens. Eccle.xxxvj. Ubi non eſt ſepes dirupietur poſſeſſio q: vere ibi non eſt ſepes pnie que aīam claudit cōtra recidiuum facile dirupitur poſſeſſio virtutum.

¶ Item pnia eſt diſcrete imponenda: deuote aſſumēda:pfecte adimplēda.

¶ Eſt eñ penitētia diſcrete imponenda. Nam ſicut virtꝰ ignis aurū probat et virgulta incinerat:et ſicut talpa moritur i luce ⁊ i terra viuit:et ſicut ignis quē cetera aīalia timēt ſalamādrā nutrit:et ſicut homo ſub aqua morit̃ vbi piſcis delectat̃: ſic eadē pnia non oībꝰ eſt imponēda vel iniūgēda/nec contra oīa pctā:ſed diuerſis diuerſa. Nam ſacerdos debet diſcernere inter penitētiam et penitētiam/inter culpā et culpam:ſicut ex lege dñi debeat ſacerdos ex mandato domini diſcernere inter lepram ⁊ lepram:vt dr̄ Leuit.ix.et.xiij.

¶ Eſt etiā pnia deuote aſſumēda. Sicut eñ miles non recuſat onus vel pondus armorꝫ:ſic penitēs non debet recuſare onus pniarꝫ. Et ſicut auis non recuſat onus pēnarꝫ:nec peregrinꝰ onus baculi:nec equus onꝰ quadrige:ſic penitēs non debet recuſare onus penitentie. Unde ille bonus penitens Dauid comparat ſe iumēto cum dicit in pſal. vt iumentum factus ſum apud te.

¶ Eſt inſuper pnia p̄fecte adimplēda vt non ſolū penitēs pctm̄ vitet/ſed peccati recidiuum et importunitates oēs q̄ſi quaſdam radices ⁊ germina pctōrꝫ. Sicut eñ herba falcata reuiuiſcit/eradicata non:ita peccata de facili pullulant ſi nō fuerint radicitꝰ euulſa. Ideo dicit Aug. Pnia eſt cauſa pctōrꝫ accidere/et eis aditum non indulgere.

¶ Item bonꝰ et pfectꝰ penitēs fugit diabolū:ſequit̃ xp̄m:ſpernit mūdū:appetit celū. Penitēs itaqꝫ pfectꝰ fugit diabolum/currit ad latibulū pnie. Sicut eñ auicula ponit ſe inter ſpinas vt poſſit accipitrem euadere:et eadem ratione ſicut liliū inter ſpinas creſcit valde bene:vt dr̄ Cāti.ij. Sicut liliū inter ſpinas ſic amica mea inter filias. Spine ſiquidē quibꝰ liliū claudit̃ ꝓhibent ne lilium tangat̃. Per hoc modū ſpine penitētie cuſtodiūt aīam inſtar auicule a predali accipitre ad inſtar lilij ab omni tactu delectationis immunde.

¶ Nouus penitēs ſequit̃ xp̄m ⁊ imitatur. Nam certe pnia fuit via qua xp̄s ambulauit. Unde poſt baptiſmum ſta

tim intrauit desertum. vt dr Luce.iiij. Penitētia etiā fuit pꝛia doctria quā xps pdicauit. vt habetur. Math. iiij. Penitēs igit si est bonꝰ discipulus libenter intrat cum xpo penitētie desertum contra simulatos penitētes q admodum vſurarij volunt esse discipuli xpi: sicut eñ vſurarius vult esse illiꝰ socius cui mutuat pecuniā in lucro ⁊ nō in damno: sic multi vellēt sequi chꝛistū in pꝛosperis ⁊ nō in aduersis. vellēt cū xpo regnare in celo (sicut filij zebedei) ⁊ nō cū ipso certare i stadio: vñ dictū est eis illd Mat.xx. Nescitis qd petatis.

¶ Penitens nihilominus spernit mūdi pꝛospera contra aliquos q sunt qsi simea quādo inuenit nuces nouas ⁊ recētes propter exterioꝛis coꝛticis amaritudinem iudicat nucē esse amaram: ⁊ spernit nucleū interioꝛē: sic a multis repudiat pnia: qꝛ videt carni amara. Ideo dr Hebr.xij. Ois aūt disciplia i pñti qdē videt nō eē gaudij sȝ meroꝛis

¶ Penitēs insup appetit celū: ⁊ sicut puer rumpit vestem veterem vt citiꝰ habeat nouā: sic bonꝰ penitēs lacerat saccum carnis vt citius anime sue acqrat stolā felicitatis eterne vt dr i psal. Cōcidisti saccū meū ⁊ circūdedisti me leticia

## ¶ De contritione. Cap. xj.

Nota partes penitētie integrales. ¶ Et nota q pnia hȝ tres partes ipam ꝟtualiter integrantes. s. Contritionem coꝛdis. Cōfessionē oꝛis. Satisfactionē operis.

¶ Nota de penitētia pꝛimo qʒtum ad cōtritionē que est pars pꝛia penitētie. Nota q contritio de peccatis specialiter debet esse septifoꝛmis. Nam debet esse moꝛosa ⁊ intenta non pfunctoꝛia. Solitaria non publica. Integra nō diminuta. Oꝛdinata non confusa. Pꝛopꝛia non aliena. Tremebunda non deliciosa. Iusta non simulata.

¶ Et hec septē sūt in ꝟbo Esa.xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aīe mee. Et iste ꝟsiculus dȝ eē ppetue meoꝛie illoꝛum septē que vera cōtritio debet habere.

¶ Pꝛio ei dictū ē. dȝ eē intēta nō pfūctoꝛia iō dicit recogitabo: ꝯ illos q veniūt ad ꝯfessionē incogitati de pctis qꝛ nullā vł modicā videnť hr̄e sollicitudinē cū tñ hec sint maioꝛa debita et maioꝛa negocia q̄ nō hȝ vł hr̄e possit i hac vita. Ista eñ debita sūt decē illoꝝ talētoꝝ vt dr Math.xviij. Ista eñ sūt negocia ꝑ qbꝰ filiꝰ dei moꝛtuꝰ est ⁊ ꝑ qbꝰ cōgregabit angelos de celo ⁊ sanctos homines de mūdo: ⁊ oēs demones de inferno vt dr Mat.xxv. Vñ aūt ē fatuus q de his maximis debitis ⁊ negocijs nūq̄ ē sollicitꝰ: vt dicit ille bonꝰ pñitēs dauid. Cogitabo ꝑ pctō meo. nō dicit ꝑ nūmo/ vt auarꝰ: nec cibo vt gulosus/ nec luto vt imūdꝰ/ nec mēdacio vt ꝟbosus. sȝ de pctis meis ero dolēs ⁊ sollicitus qꝛ vulgo dicitur. Quo doloꝛ ē dētis versatur lingua dolentis.

¶ Scdo ꝯtritio dȝ eē solitaria non publica iō dicit tibi: qꝛ debȝ eē solū i ꝯspectu dei. Iuxta illd psal. Meditatio coꝛdis mei i ꝯspectu meo sp. Infirmꝰ non ꝯsueuit stare i platea: sȝ i camera clausa. ⁊ cōsilia ardui negocij nō tractāť in publico sed in loco secreto. Ideo dicit mat.vj. Tu autem cū oꝛaueris ꝑ peccatis tuis intra i cubiculū. s. coꝛdis tui

¶ Tertio debet esse integra nō dimidia: iō dicit oēs. Modicū eñ de liquore coꝛrupto inficeret vos si remaneret in illo. Iō dr Trenoꝝ.ij. Effunde sicut aquā coꝛ tuū. Vñ aūt dicit sicut aquā qꝛ aliꝰ liquoꝛ vix pōt bene effundi quin ibi remaneat aliqd d coloꝛe: vł de odore vel de sapoꝛe. Uidemus eñ q post effusionē lactis remanet in vase coloꝛ: post effusionē vini odoꝛ: post effusionē mellis sapoꝛ. Debȝ igit penitēs effūdere nō sicut lac: ne fex rmaneat coloꝛ pristine ꝯuersationis: nec sicut vinū ~~ne remaneat coloꝛ pristine cōuersatiōis nec sicut mel~~/ ne remaneat odoꝛ praue machinatiōis: nec sicut mel: ne remaneat sapoꝛ immūde delectationis: sed sicut aquā perfecte ⁊ integre conditionis.

¶ Quarto debet esse ꝯtritio oꝛdinata non cōfusa. Ideo dicit annos. Annus

nãq₃ diſtinguit̃ ꝑ quattuor tẽpora: ſc₃ hyemẽ/ ver/ eſtas/ ⁊ autumnũ. Dʒ igit̃ penitẽs annos vel circulũ vite ſue diſtiguere per tempora vt ſua meli⁹ poſſit inuenire peccata: ⁊ ꝑcipue debʒ iueſtigare pctõr/ ſi in vita ſua inueniat hyemẽ ⁊ frigiditatẽ tempis: id eſt corporꝫ et accidie. Ver autẽ id eſt humilitatẽ corporis laſciuie. Et eſtatẽ id eſt caliditatẽ indignationis ⁊ iracũdie. Et autumnũ id eſt ſiccitatem cupiditatis et auaricie. Hec ſunt tempa quib⁹ diſtingunt̃ anni peccatorum. De qbus dr in pſal. Anni noſtri ſicut aranea meditabunt̃. Aranea ſiquidẽ meditat̃ ⁊ totũ ſtudiũ ſuum ponit vt ordinet telam vilem ⁊ fragilem ad capiẽdũ muſcas: talis eſt vita hominis fragilis ⁊ vilis ⁊ ſolum muſcas capit/ id eſt delectatiões immũdas. vnde dicitur Eſa. lix. Ipſi telas aranee texuerunt.

¶ Quinto debet eſſe contritio ꝓpria nõ aliena. i. de peccatis ꝓprijs nõ alienis: ꝓpter hoc dicit meos. Vix eñ hõ ꝓſperat̃ qui dimiſſis negocijs ꝓprijs ſollicit⁹ eſt de alienis. vñ dicit ſaluator Luce. xxiij. Filie hieruſalẽ nolite flere ſup me: ſʒ ſup voſipſas flete. Et ſic vult xp̃s ꝙ nũq₃ fleam⁹ vel plãgam⁹ mortẽ ſuã benedictã q̊uſq₃ luxerim⁹ culpam ꝓpriã: nihilomin⁹ tñ nõ hʒ gratũ ꝙ nõ iudicem⁹ culpã alienã: ſed ſicut vulgo dr. Quilibʒ plangit culpã ſuã. i. dãnũ ꝓprium. Iuxta illud apoſto. Gal. vj. Vnuſquiſq₃ onus ſuum portabit.

¶ Sexto dʒ eſſe ꝯtritio gemebũda: iõ dr in amaritudine nõ in riſu. Riſus ſignũ eſt mortis qñ infirm⁹ ridet feruore infirmitatis: ⁊ maxime qñ egrot⁹ affligitur ⁊ anxiat̃: ⁊ viuaciter ſentit egritudinẽ ſicut criſim ⁊ terminũ ſubſequẽtẽ Eſa. xxxviij. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Contritio nãq₃ amara ꝓ incurſu diuine offenſe: amarior ꝓ dãno ſupne patrie: amariſſima pro reatu pene eterne facit infirmum quieſcere ⁊ cruciatum terminare/ ⁊ egrotã facit animam gaudere.

¶ Septio ⁊ vltio ꝯtritio dʒ eſſe intima nõ ficta vel ſimulata: iõ dicit aie mee. Emplaſtrũ eñ dʒ poni ſup locũ dolorꝫ infirmi: ſicut coliriũ ponit̃ ſup oculũ nõ in oculo: ⁊ iõ qꝛ pctm̃ eſt morib⁹ aie ipſa ꝑcipue dʒ ꝯtritionẽ pcti ſẽtire. vñ dr iohelis. ij. Scindite corda vr̃a ⁊ nõ veſtimẽta vr̃a cõtra illos quoꝝ pnĩa ẽ in vultu: nõ in ſpũ: nõ in veſte: nõ in corde cum ypocras noſter medic⁹ xp̃s aĩarũ nr̃arũ doceat penitentẽ faciẽ lauare: veſtes componere: caput vngere: ⁊ cor pungere. Mat. vj.

## ¶ De cõfeſſione. Capi. xij.

Secũdo nota de penitẽtia ꝗ̃tũ ad cõfeſſionẽ que eſt ſcd̃a pars eã virtualiter integrãs. Et eſt ſciendum ꝙ ſeptem ſunt in confeſſione attendenda.

¶ Pꝛio eñ dʒ eſſe feſtina nõ tarda cõtra aliquos qui ꝗ̃tũ plus poſſunt differunt confiteri: niſi in infirmitate grauiſſima: ⁊ tales ſunt ſimiles latrõibus q̊ꝝ ꝯfeſſio aculeo ⁊ q̃ſtiõib⁹ extorq̃nt̃: qꝛ taliũ ꝯfeſſionẽ retorquet de⁹ ꝑ aculeũ febris acute vel grauis infirmitatis: cum tamen dicat ꝓpheta. Preoccupemus faciem ei⁹ i cõfeſſione: ſicut ille q̇ diffidit de iure ſuo dʒ añ iudiciũ de pace ⁊ compoſitione tractare ⁊ diẽ ſuum preuenire.

¶ Secũdo cõfeſſio dʒ eſſe humilis et verecunda. Iuxta illud apo. Rom. v. Quem fructũ habuiſtis tũc in illis in qb⁹ nunc erubeſcitꝫ. Latrones eñ demiſſo capite ⁊ rubore pfuſi ſcelera ꝯfitent̃: ꝯ aliquos quorũ ſunt horrẽda facinora: q̇ nec timent deũ nec hoies verent̃. Latrones timent patibulũ cũ ſit tñ breue ſuppliciũ ⁊ trãſitoriũ: ⁊ tales nõ timent infernũ ⁊ interminabilẽ cruciatũ. Latrones verecũdant̃/ ⁊ tñ parꝝ aut nihil ꝓdeſt eorũ verecũdia: iſti aũt nõ erubeſcũt cũ tñ ps penitẽtie ſit ipſa erubeſcẽtia. De talib⁹ dr Hiere. vj. Cõfuſi ſunt q̇ abominationẽ deo fecerunt q̇ poſt cõfuſionẽ nõ ſunt cõfuſi ⁊ erubeſcere neſcierunt: qꝛ tales hñt vtriq₃ erubeſcentie cauſam ⁊ meritum: tñ habẽt vtriq₃ erubeſcentie ſignum.

¶ Tertio confeſſio debet eſſe aperta nō palliata. Et dr aperta cōfeſſio ī qua pctōr ſe accuſat exprimēdo oēs pcti differētias/ et precipue aggrauātes circūſtantias: qr dr Prouerb. xviij. Juſtus prior eſt accuſator ſui. Sic confitebat̄ dauid q̄ dicebat. Dixi ꝯfitebor aduerſum me iniuſticiā meā dn̄o. Non dicit ꝓ me ſe laudando vel excuſando ſicut faciebat phariſeus: ſꝫ aduerſum me ſe excuſando ſicut faciebat publicanus. Luce. xviij. ¶ Quarto debet eſſe confeſſio vera nō ficta. Et dr vera cōfeſſio q̄ eſt cū ꝓpoſito emēdādi: nō ſolū oris ſꝫ etiā cordis. de qua dicit Dauid. Cōfitebor tibi dn̄e ī toto corde meo. Contra aliquos quoꝝ confeſſio eſt lupi: de quo narrat fabula ꝙ ſemel cōfitebatur iniq̄tates ſuas/ et interim erat multum ſollicitus: qr videbat oues recedētes. vnde dixit cōfeſſori ſuo ꝙ cito eū abſolueret vt ſcꝫ poſſet ſequi oues. Sic cōfitentur aliqui in quadrageſima ꝓponētes ad peccatum redire poſt paſcha.

¶ Quinto debet eſſe cōfeſſio integra non dimidia. Parū eñ valeret ſi infirmus medico febrem reuelaret et peſtē febris celaret: et ſi nauta aliqua nauis foramina obſtrueret: et aliqua nō. Debet igit̄ penitēs deo integrā offerre cōfeſſiōem. Deus eñ eſt rex nobilis/ et in menſa regia poni debent panes integri non fragmēta. Deꝰ eñ non cōſueuit dimidiare veniā: ideo totū hoīem ſanum fecit ī ſabbato: vt dr Joh. vij. Et ſicut magni mercatores ī groſſo nō obolatā non denariatā vendūt: ſicut pauperes mercatores pre ceteris: qr mercatura dei ſcꝫ gratia et venia eſt res indiuiſibilis cū ipſe ſit ſummꝰ mercator: ita duo erūt indiuiſibilia: inſtar margarite vel alterius lapidis precioſi q̄ totus emit̄ vel totus dimittitur. Ipē aūt eſt negociator margaritarū qui querit bonas margaritas: vt dicit̄ Matthei. xiij.

¶ Sexto cōfeſſio debet eſſe flebilis et lachrymoſa: ſicut Petri et Magdalene: qr mia et lachryme adinuicem ſunt valde amice; et ideo vbi eſt lachryma ibi eſt ſtatim amica ſua mia. Hec eſt eī aqua quā xp̄s valde ſitit: et nullꝰ fons tm̄ eū delectat q̄tū puteꝰ lachrymaꝝ. In cuiꝰ figura quieuit iuxta puteū ſa marie/ et petijt aquā ſamaritane: ſcꝫ lachrymarū a muliere ſamaritana: id eſt a peccatrice anima. Johānis. iiij.

¶ Septimo et vltimo confeſſio dꝫ eſſe obediēs et prōpta: vt. ſ. penitēs ſtudeat ſuſcipere et obſeruare ſacerdotꝭ mādata. Infirmus q̄ nihil vult facere ꝓ medico/ vix aut nūq̄ curat̄ a morbo. Vñ obedire dꝫ penitēs non cōterēde: ſicut dauid q̄ dicebat. Ut iumētum factus ſum apud te. Ad iumentum nāq̄ non pertinet ſibi onera taxare vel imponere: ſed taxata et impoſita portare.

¶ Nota ꝙ triplex eſt cōfeſſio. Prima eſt cōfeſſio pcti: de qua pſal. Dixi cōfitebor aduerſum me iiuſticiā meā dn̄o. In hoc aūt v̄bo tangūtur ſex q̄ debet vera cōfeſſio habere. Primum eſt premeditatio: qd̄ notat̄ cū dr/ dixi. Scd̄m eſt cōpūctio cordis et oris: vt ore ſimul et corde fiat: qd̄ notatur per cōfitebor. Tertiū eſt ꝙ ſis accuſans nō excuſans qd̄ notat̄ per aduerſum me. Quartū ꝙ ſit de malis non de bonis: qd̄ notat̄ p iniuſticiā. Quintum ꝙ ſit ꝓpa. i. de pctis ꝓprijs non alienis: qd̄ notat̄ per meā. Sextū ꝙ ſit ad honorē dei et honeſtatem ſui: qd̄ notat̄ per dn̄o. et talis confeſſio eſt vtilis. Unde ſequit̄. Et tu remiſiſti impietatem peccati mei.

¶ Secūda eſt cōfeſſio laudis: de qua Eccle. vlt. Cōfitebor tibi dn̄e rex et collaudabo. Vñ de his duobꝰ dicit pſal. Cōfitebimur tibi deꝰ cōfitebimur tibi.

¶ Tertia eſt cōfeſſio fidei: de qua Roma. x. Corde credit̄ ad iuſticiam. &c.

¶ Et nota ꝙ cōfeſſio ī qua ſunt ſeptē conditiones predicte cōparat̄ viele in qua ſunt ſeptē corde. Vñ viela cōfeſſionis q̄ habet iſtā ſeptuplicē cordā reddit in auribꝰ dei ſuauiſſimā et dulciſſimam melodiā: nec ē aliqd̄ organū muſicum qd̄ ita libēter deꝰ audiat ſicut veram cōfeſſiōem pctoꝝ: et ideo manus q̄ ſic tāgit vielā cōfeſſiōis corā deo ſtatim reportet ſalarium. i. veniā de oibꝰ pctis. vñ dr Eſaie. xliij. Narra ſiquid

habes vt iuſtificeris. Et dauid ↄcluſit oibus nimis .i. pctõꝛib⁹ penitētibus q̄ volūt in curia regis eterni introire: vt tangant eo modo vielā confeſſionis vt ſupꝛa dictū eſt. Dicit em̄ pſal. Introite poꝛtas eius in confeſſione.

## ¶ De ſatiſfactiōe. Cap. xiij

TErtio nota de penitentia q̄tum ad ſatiſfactionem: ⁊ ſunt p̄cipue ſeptē notanda ad hoc neceſſaria vt ſit pfecta penitētia ⁊ peccatori medicina.

¶ Pꝛio em̄ ad ſatiſfactionē requirit̄ abſtinētia a peccato: ſicut em̄ pꝛia lex quā medicus ponit infirmo eſt abſtinētia a cibo: ita p̄mū qđ eſt neceſſariū penitenti eſt dicta .ſ. abſtinentia a pctō. Hanc legem īponebat ypocras nr̄ xp̄s egrotis ſuis quos habebat in cura: ſicut patet in adultera. Jo. viij. Uade ⁊ amplius noli peccare.

¶ Scđo requirit̄ ad ſatiſfactionē penitētie reſtitutio rei aliene: ⁊ hec eſt ſicut q̄da minutio vel flebothomia. Minuit em̄ ſanguis ſubſtantiā: ſed aufert febꝛis materiā ⁊ conſeruat vitā: ſic qui aliena reſtituit pecuniā minuit ſed aufert cupiditatis ⁊ moꝛtis eterne materiā ⁊ conſeruat gratiā ⁊ sic vitā. Et ſicut ſunt q̄dā infirmitates que nō pn̄t ſine flebothomia curari: ſic ſūt q̄dā peccata qb⁹ nō pōt q̄s ſine reſtitutione curari aut iuſtificari ſicut furtū/ vſura/ ſymonia/ rapina/ ⁊ hmōi: qꝛ nō dimittitur peccatū niſi reſtituat̄ ablatū: vt dicit Aug. Hāc flebothomiā faciebat ſicut zacheus: qui dicebat Luc. xix. Si aliquē defraudaui: reddo q̄druplū: ſꝫ vtinā vſurarij redderent ſimplum.

¶ Tertio requirit̄ ad ſatiſfactionem cinis humilitatis. Cinis em̄ ⁊ aq̄ calida faciūt bonū lixiuiū: ſic cinis ꝟe humilitatis ⁊ aqua calida lachꝛymarum faciunt penitentiam: ⁊ ſicut aqua q̄tūcūqꝫ calida niſi tranſeat per cinerē nō bū purgat ſoꝛdes veſtiū: ſic lachꝛyme q̄tūuis calide niſi trāſeant per cinerem humilitatis non lauant ſoꝛdes vicioꝝ. Ideo dicebat Job. xlij. Ego penitentiam in fauilla ⁊ cinere.

¶ Quarto requirit̄ ad ſatiſfactionem penitētꝫ ciliciū moꝛtificatiōis: hoc eſt ꝓpꝛium ſpecie maligna ⁊ emplaſtrum carnis repꝛeſſiuū luxurie ⁊ carnalis laſciuie: ⁊ ſicut emplaſtrū tēptat ⁊ repꝛimit doloꝛē lateris: ſic ciliciū moꝛtificationis repꝛimit libidinē hoc eſt emplaſtrum ponebat directe ſupꝛa locū doloris iudich. de quo đr iudich. viij. ꝙ habēs ſupꝛa lūbos ſuos cilicium/ ieiunabat: ciliciū ꝯ luxuriā/ ⁊ ieiuniū ꝯ gulā.

¶ Quinto requirit̄ ad ſatiſfactionē penitētis ieiuniū afflictiuū/ qꝛ ad litteram: panis ⁊ aqua eſt cib⁹ ⁊ vita īfirmi/ ⁊ pꝛecipue ꝓhibet̄ vinū infirmis. Unū ille bon⁹ medicus paul⁹ đt ad Ephe. v. Nolite inebꝛiari vino in q̄ eſt luxuria. Sed nota ꝙ oīa cōcedunt̄ infirmis de q̄rū ſalute dubitat̄ ⁊ deſperat̄: ſꝫ alijs de qb⁹ habet̄ ſpes ꝙ curent̄ ſubtrahūt̄ nociua q̄tūcūqꝫ delectabilia. vt dicit̄ Johel. ij. Conuertimini ad me in toto coꝛde veſtro: in ieiunio/ ⁊ fletu/ ⁊ planctu. Et ſequit̄: quis ſcit ſi ↄuertatur ⁊ ignoſcat de⁹: q̄ſi diceret: ex quo de⁹ q̄ eſt ſummus medic⁹ ieiunare nos p̄cepit: nequaqꝫ de noſtra ſalute diffidit.

¶ Sexto requirit̄ ad ſatiſfactionē penitētis elemoſyna ⁊ hoc eſt q̄ſi ſalariū medici. Fideli⁹ em̄ laboꝛat medic⁹ q̄ ſperat bene ſe remunerari. Et nota ꝙ ſalariū eſt taxādū medico ſm̄ ꝙ pl⁹ vl̄ min⁹ laboꝛauit circa infirmū: ⁊ quāto a maioꝛi ⁊ periculoſioꝛi moꝛbo liberauit egrotū. Bene eſt igit̄ remunerādus medic⁹ noſter xp̄s q̄ tm̄ circa nos laboꝛauit imo ꝓpter infirmitatem noſtrā aīam ſuā moꝛti tradidit. Eſa. liij. ⁊ etiā qui a tā graui ⁊ multiplici infirmitate nos liberauit. Ipſe em̄ eſt qui ſanat omnes infirmitates noſtras: ⁊ redemit de interitu vitā noſtram. vt đr in pſal. Si em̄ bene remuneret̄ iſte medicus: nequaqꝫ de moꝛte timeat egrotus Debet enim remunerari non in ſe quia bonoꝝ noſtroꝝum non eget: ſed in heredibus ſuis ſcꝫ paupibus. Reputat em̄

ſibimet factum qđ ſit pauperib⁹ amore ipſi⁹. Vñ dicit Math. xxv. Quod vni ex minimis meis feciſtis/ mihi feciſtis. De iſto ſalario elemoſyne dicit Tho. iij. Elemoſyna ab omni pctō ꝛ a morte liberat: ꝛ non patietur animam ire in tenebras.

¶ Septimo ꝛ vltimo requirit ad ſatiſfactionē penitētiꝫ orō deuota: ſicut eñ mater ꝑ filio egroto facit candelam ꝛ emit votū cū nullū conſiliū vel auxiliū ſupereſt medicorum: quādo videmus ſpiritum noſtrū periclitari graui morbo peccati debemus facere candelam bone operatiōis. iuxta illud Luce. xij. Lucerne ardētes in manibus veſtris ꝛ emittere votum deuote orationis: et hoc genus demoniorum. ſ. peccatum non eijcietur niſi in oratione ꝛ ieiunium. Mat. xvij. Oratio nāq; peſtes mentis curat: ꝛ ieiunium peſtes corporis.

## ¶ De oratione. Cap. xiiij.

Tertio nota partes penitētie virtuales que ſunt tres ſcꝫ oratio/ ieiunium/ ꝛ elemoſyna.

¶ Primo ſpecialiter de oratione eſt dicēdū. Quid eſt oratio? Eſt petitio decens in deo vel a deo. Vel orō ē mētiꝫ eleuatio i deū. Damaſcen⁹.

¶ De oratione nota ſpecialiter qnq;. ſcꝫ typus decens/ virtus ingēs/ mod⁹ cōpetens/ loc⁹ cōgruens/ tps ꝯueniēs.

¶ Habet igitur oratio typum decentem ꝛ figurā elegātem. Cōparatur autem ſpecialiter tribus. Eſt enim orō ſicut incenſum diuine miſerationi offerēdū. Sicut ſcutum diuine miſerationi opponendū. Sicut tributū diuine dominationi perſoluendum.

¶ Eſt ergo oratio p̄io ſimilis thuri vl' incēſo: qđ diuine miſeratiōi debem⁹ offerre: ſicut eñ thus vel incenſum ſup carbones poſitum ſpirat ſuauē ꝛ redolentē odorē vel fumū: ſic oratio incēſa ſuper carbones deuotiōis multū fragrat in ꝯſpectu diuine maieſtatis: ꝛ iō dicitur in pſal. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo.

¶ Secūdo eſt oratio ſimilis ſcuto qđ diuine indignationi debem⁹ opponere. Nam ſcutum prohibet ictū lācee vl' ſagitte/ ſic oratio ſeruat hominē a lancea vel a ſagitta ſententie ꝛ ire dei. Vñ dr Sap. xviij. De aaron ꝙ proferens ſcutum orationis reſiſtit ire.

¶ Tertio eſt oratio ſimilis tributo qđ diuine dñationi debemus ꝑſoluere: ſicut eñ emphiteota vel feudatari⁹ ſoluit tributū regi ꝑ emphiteoſi/ vel feudo quod tenet ab ipſo: ſic tributum laudis ꝛ orationis ſoluendū eſt deo ꝑ emphiteoſi corporis ꝛ anime quā accepimus in feudo. Math. xxij. Reddite q̄ ſunt ceſaris ceſari: ꝛ que ſunt dei deo.

¶ Itē oratio triplicē figurā aliam valde pulchrā. Eſt eñ vir orās Sicut hō regi portās enceniū ſicut a rege petēs iudiciū. Sicut a rege petēs ſuccurſū. Eſt itaq; hō q̄ orat: ſicut ille qui preſentat regi magnū enceniū ꝛ nobile: vt hō magn⁹ vel nobilis domicell⁹/ ſic oratio eſt enceniū a deo nobile ꝛ magnū qđ ſolum debet preſentari deo per hominē magnū ſcꝫ iuſtū. Hoc eſt eñ officium chriſti hominis ꝛ mediatorꝫ noſtri qui oratiōes noſtras ꝛ opa nr̄a p̄ſentāt deo patri: quod figurat diaconus in eccleſia vel in miſſa cū offert thuribulum ſacerdoti. Hoc eſt officiū āgeli qui nr̄as orationes ſimiliter offert in conſpectu dei ſicut dixit angel⁹ ad thobiā. Tho. xij. Qñ orabas cū lachrymis: et ſeqt ego orationem tuam offerebam domino. Et ſicut regi nō offert qui ſibi miniſtrat ferculū coopertū cū muſcis: ſic ē qui orat non debet regi regum offerre ferculum cum muſcis: id eſt cogitationibus vanis ꝛ immundis.

¶ Eſt etiam qui orat ſicut ille qui a rege petit iudicium: ſicut enim ille qui in iudicio loquitur debet habere teſtes de his que proponit: alioquin nō crederetur ſibi vel audiretur immo a iudice puniretur: ſic oratio vocalis debet habere teſtimonium cordis: ſed tamen cauendum eſt ne cor orantis ſit falſus vl' corruptus teſtis corruptione. ſ. iniquitatis: quia dicitur in pſal. Iniquitatē

ſi aſpexi in corde meo ⁊c̄. ſed ſi conſciē
tia bona ⁊ teſtimoniū fidele ferat orās
iudicium pro ſe reportat. Nam dicit
apoſtolus. ij. Cor. j. Gloria noſtra hec
eſt teſtimonium conſcientie noſtre.
¶ Eſt inſuper orans ſicut ille qui a re
ge in obſidione querit vel petit ſuccur
ſum. nam ſicut ille qui tenet caſtrū re
gis ſi obſideretur ab inimicis reputare
tur infidelis niſi caſtrum regi denūcia
ret obſeſſum, vel peteret ſuccurſum/ vl'
niſi expectaret a rege auxilium/ vel ſi
poſt auxilium redderet hoſtib⁹ caſtrū:
ſic cū hoſtes viſibiles ⁊ inuiſibiles ob
ſident animā tētationibus/ ſtatim de
bemus regi regum nuncium oratiōis
mittere/ ⁊ obſidionem denūciare ſicut
propheta qui dicebat in pſal. Conſiliū
malignātiū obſedit me. Deus enim nō
differret auxilium mittere: quia fide
lis ſtatim faciet ſuccurſum cū ad tē
tationem fuerit prouentū vt dicit apo
ſtolus. j. Cor. j. ¶ Item qui orat deb;
clamare ſicut clamat paruulus q̄ vult
vbera. Sicut clamat catulus cum ſen
tit verbera. Sicut clamat pp'lus cum
videt pericula.
¶ Eſt itaq; homo q̄ orat: ſicut paruu
lus volens vbera. Nam ſicut paruulus
clamat pro deſiderio lactis ſic viri ſpi
rituales debent emittere vlulatum ora
tionis deuote pro vberibus conſolatio
nis diuine. iuxta illud quod dicit Cā
ticorū. j. Meliora ſūt vbera tua vino.
¶ Eſt etiam homo qui orat ſicut catu
lus ſentiens verbera: nam ſicut catul⁹
ſentiens verbera clamat plus cum pl⁹
percutitur: ſic plus debet clamare orā
do qui a domino tribulationis verbe
re caſtigatur. Nam dicitur in pſal. Ad
dominum cum tribularer ⁊c̄.
¶ Eſt inſuper homo qui orat ſicut po
pulus videns pericula: ſicut enim con
ſueuit populus clamare precipue pro
pter tria. ſ. contra aquam/ ignem/ ⁊ ho
ſtes: ſic homo debet emittere clamorē
contra triplex genus tentationis. ſ. cō
tra carnalem concupiſcētiam que per
ignem figuratur: contra concupiſcen
tiam terrenam ſeu mundanam/ que p
aquam fluentē intelligitur: contra dia
bolicam guerram/ que proprie hoſtis
appellatur. Hec pericula timebat da
uid qui dicebat. Pericula inferni in
uenerunt me. ¶ Itē in oratione debe
mus os cordis aperire. Sicut reuma
ticus aeri. Sicut pullicul⁹ matri. Si
cut infantulus nutrici.
¶ Eſt itaq; orans ſicut homo reumati
cus qui nares hab; ſtrictas neceſſaria
POſt donũ foꝛtitudinis eẽt dicendũ de dono ꝯſilij. ſed pauca de dono cõſilij ſunt dicenda: ⁊ hoc qꝛ ad donũ conſilij pertinent fere oĩa q̄ ſuperiꝰ in capitulo de virtutibꝰ/ ⁊ de virtute pꝛudentie ſunt dicta. Nã pꝛudentia ⁊ conſiliũ in hoc differunt ꝙ cõſilium dicit vtrũ aliquid ſit agendum: pꝛudentia vero oſtendit quo fine/ ⁊ quibus circũſtantijs adhibitis: vt quo tẽpoꝛe ⁊ qualiter aliqd ſit agendũ. ſicut alterius eſt ſciẽtie cognoſcere an expediat aliquẽ ſaluari: alterius non ſcire qualiter aliquid ſit ſaluandũ: qꝛ pꝛimũ pertinet ad theologiã: ſecundũ ad medicinam. Item donũ conſilij excellentius eſt q̄ꝫ virtutis pꝛudentie: qꝛ conſilium cõtra omne pꝛecipitiũ virtutem pꝛudentie rectificat ne poſt factũ peniteat. ⁊ hic pꝛopꝛie eſt actus ⁊ opus cõſilij: ſcꝫ pꝛohibere pꝛecipitium ⁊ cauere. Sicut eĩ videmus ꝙ frenum eſt cõtra pꝛecipitium equi: ſic bonũ conſilij contra omnẽ pꝛecipitationem operis boni. Et ideo dicitur Eccleſia. xxxij. ſine conſilio nihil facias: poſt cuius factum non penitebis. His ſuppoſitis inter illa pauca que de dono cõſilij ſunt dicenda: ſunt hec conſilia notanda. ¶ Nunc de conſilio ſpecialiter nota tria: ſcꝫ Que ſunt in cõſilio neceſſaria. Que ſunt in conſilio laudabilia. Que ſit conſilioꝛum differentia. ¶ Pꝛimo ergo dicendum eſt que ſunt in conſilio neceſſaria. Et nota ꝙ in conſilio quattuoꝛ ſunt neceſſaria obſeruanda: ſcilꝫ expediens/ facile/ certum/ ⁊ ſecurum: ⁊ contraria iſtoꝛum vitanda: ſcꝫ damnoſum difficile incertum/ ⁊ periculoſum. Tamen ille qui dat conſilium (ceteris paribus) debet pꝛeponere expediẽs dãnoſo/ facile difficili/ certũ icerto/ ſecurũ piculoſo. Pꝛopter oĩa illa dr̃ ꝓuerb. x. Erit ſolũ vbi multa conſilia. ¶ Secundo videndum eſt que ſunt in conſilio laudabilia. Et nota ꝙ in conſilio quattuoꝛ ſunt laudabilia: ſcꝫ Gratia conſilium requirendi. Gratia conſilium eligendi. Gratia conſilium exhibendi. Gratia conſilium acquirendi. ¶ Pꝛimo igitur eſt valde laudabile: ſcꝫ conſilium in omnibꝰ libenter requirere. Ideo dicit Thob. iiij. Conſilium ſemꝑ a ſapientibus require. Secundo in cõſilio eſt laudabile cõſiliariũ bonũ eligere. Vñ nota ꝙ ſm doctrinã ſacre ſcripture deus cõſiliarius eſt eligendꝰ pꝛe oĩbus. Nam in conſilio ⁊ pꝛo conſilio requirendo pꝛimo eligẽdus eſt deꝰ non diabolus. Unde dicitur Thobie. iiij. Oĩa conſilia tua in ipſo ſcꝫ in deo maneant. ¶ Secũdo eligendus eſt iuſtus nõ impiꝰ. Unde dr̃ Eccli. xxxvj. Coꝛ boni cõſilij ſtatue tecum. qꝛ dicit ꝓuerb. xij. Conſilia impioꝛũ fraudulẽta: qꝛ vix ſcit alijs conſiliũ dare qui ſibi neſcit accipere. Et ideo dicit geñ. xlix. In conſilio eoꝛũ ſcꝫ impioꝛum non veniat aĩa mea. ¶ Tertio eligendus eſt ſapiens conſiliarius non fatuus: ideo dictum eſt Thobie. iiij. Conſiliũ ſemꝑ a ſapiente require non a fatuo. qꝛ dicit Eccleſia. viij. Cum fatuis nõ habeas conſilium: non eĩ poſſunt diligere que eis placent. ¶ Quarto eligendꝰ eſt ſenex ⁊ expertus. vt dicit Eccli. xxv. q̄ꝫ ſpecioſa veteranis ſapiã ⁊ glioſus itel-

lectus ꝛ conſilium. Non eſt ꝓ conſilio eligēdus iuuenis laſciuus: ideo roboā ꝓ magna parte amiſit regnum ſuū: qꝛ relicto conſilio ſenioꝝ adheſit conſilio iuuenum. vt dicit̄ .iij. Reg. xij. ¶ Tertio videndum eſt qđ ſit conſilioꝝ differentia. Et nota ꝙ ſicut ſponſus iocalia cōſueuit portare ſpōſe cum qua de nouo cōtraxit: ita xp̄s q̄ tanq̄ ſponſus de thalamo ꝓcedens noue ſponſe ſue eccleſie cum qua naturā noſtrā cum ſua veniendo in vnitate perſone matrimonium ſacramentale cōtraxit. noua iocalia/ id eſt tria euangelia apportauit ¶ Primum cōſilium eſt caſtitas/ contra concupiſcentiā carnis. De hoc cōſilio habet̄ Mat. xix. Non oēs capiūt verbum iſtud ſed quib⁹ datum eſt. Tales enī ſunt eunuchi qui ſe caſtrant ꝓpter regnum celoꝝ. ¶ Secundū cōſilium eſt voluntarie paupertatis cōtra cōcupiſcentiā oculoꝝ. De quo cōſilio habet̄ Mat. xix. Si vis perfectus eſſe vade ꝛ vende oīa q̄ habes ꝛ da pauperibus. Et ſeneca dicit ꝙ quietiſſime viuerent hoīes ſi hec duo ꝓnomina tollerentur de mundo. ſcʒ meum ꝛ tuum. ¶ Tertiū cōſilium eſt obediētie ꝛ humilitatis contra ſuperbiā vite de quo dicit̄ Mat. xvj. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipm̄/ ꝛ tollat crucem ſuā ꝛ ſequat̄ me. Semetipm̄ abnegare eſt propriā voluntatē relinquere. Optimum cōſilium: vt dicit Bern̄. tolle ꝓpriam voluntatē ꝛ infernus non erit. Exemplū de fratre orante/ diabolo inſultante. Et qꝛ ſuperius in tractatu de cōſilijs plene dictū eſt de tribus: ideo q̄ dicta ſunt de dono ꝯſilij mō ſufficiāt

## ¶ De dono intellectus.

Capitulum. xxxiij.

Poſt donū conſilij dicenda ſunt pauca de dono intellectus ꝛ de dono ſapiētie: qꝛ hic poſſunt dici fere oīa q̄ dicta ſunt ſupra i tractatu de virtute ꝛ prudētia. Unde notandū ꝙ virtus prudentie ꝛ donū conſilij differunt a dono intellectus ꝛ ſapiētie qꝛ conſiliū ꝛ prudentia pertinent ad vitā actiuam ꝛ ſunt de actiuis: intellect⁹ et ſapientia pertinent ad vitā contēplatiuam ꝛ ſunt de contēplatiuis. ¶ Differunt aūt intellect⁹ ꝛ ſapientia: qꝛ intellectus eſt cognitio ſpeculatiua ꝛ quaſi cognitio per viſum: ſapientia vero eſt cognitio experimentalis ꝛ practica et quaſi cognitio per guſtū. ꝛ ideo ſuperior eſt ſapientia: qꝛ intellectus tm̄ dicit cognitionē vel viſionē: ſapientia ſupra cognitionē dicit delectationē. Et nota ꝙ intellect⁹ foris ſtat: ſapientia per affectū intrat: ꝛ ipſa delicias ſuggerit. vnde i Pſal. Guſtate ꝛ videte q̄m ſuauis eſt dn̄s. guſtare ad ſapientiā pertinet: ſed videre ad intellectū. qꝛ quod intellectus acute inuenit: ſapientia mature diſponit/ ꝛ ad ſpiritualē delectationē cōuertit: vt dicit greg. Summa huius differētie eſt: ꝙ donū intellect⁹ eſt ꝓprie penetratiuū: ſed donū ſapientie ꝛ proprie ſaporatiuū. His propoſitis de dono intellect⁹ notāda ſunt pauca ꝛ ſpecialiter tria. Debem⁹ ei per donum intellectus ſubtiliter penetrare ꝛ itelligere. Que ſunt ſupra nos: vt deū Que ſunt iuxta nos: vt ꝓximū. Que ſunt infra nos: vt corpus noſtrum.

¶ Primo igitur debemus intelligere ſuperiora. iuxta illud qđ dicit apl'us. Rom̄. j. Inuiſibilia dei per ea q̄ facta ſunt/ intellecta cōſpiciunt̄. ſempiterna quoq̄ virt⁹ eius ꝛ diuinitas. Et nota ꝙ duplex eſt liber in quo intellect⁹ pōt legere ꝛ intelligere ꝛ addiſcere deū. ſ. liber ſcripture ꝛ hunc librū dedit ſaluator diſcipulis ſuis poſt reſurrectionem vt ſcʒ in figuris regalib⁹ ꝛ canticis prophetalibus intelligerēt miſteria gratie q̄ operatus eſt xp̄s. i. vt per ea que facta ſunt ꝛ dicta in veteri teſtamento intelligant ea que cōpleta ſunt in nouo. vnde dr̄ Luce vlti. Tunc aperuit eis ſenſum: vt intelligerēt ſcripturas. Ali⁹ liber creature in quo intellect⁹ fidelis debet deū querere: ꝛ poteſt ipm̄ inuenire: ſicut in magnitudine creaturarū omnipotentiā dei: in pulchritudine et ordine/ ſapientiā: in vtilitate ꝛ fructu/

bonitatem dei ſummã.q2 dr̃ Sap.xiij
A magnitudine ſpeciei ꝛ creature co-
gnoſcibiliter põt eoꝝ creator videri.
Hunc intellectũ nõ habuerũt philoſo-
phi q2 intellect⁹ eoꝝ neſciũt aſcẽdere a
magnitudine creature ad magnitudi-
nẽ dei:ꝛ ideo fuerũt ſimiles pueris qui
cũ legunt lr̃as pulchras deauratas at
tente reſpiciũt:ſed quid littere ſignant
non intendunt. Itẽ notandũ diligẽter
ꝙ creatura duplex eſt:ſcꝫ naturalis et
artificialis: ꝛ ſic oĩs creatura ſignifi
cat ſuũ creatorẽ duplr̃: in creatura ẽ ſi
gnũ naturale poſitiuũ. Signũ natura-
le dicit̃ in creaturis q̃s cõdidit ꝑ ſe di-
gna ſapiẽtia. Signũ poſitiuũ dicit̃ i fa
bricia ꝛ operib⁹ ſacramẽtalib⁹ q̃ cõſti-
tuit eccl'ia:vt ſũt forme eccleſiarũ ꝛ ve
ſtes ꝛ ornat⁹ miniſtrorũ q̃ oĩa ſunt inſti-
tuta vt intelligam⁹ deũ:q2 in altitudie
eccleſiarũ ſublimitatẽ/in magnitudine
imenſitatẽ vel infirmitatẽ/ in quadra-
tura ſoliditatẽ/in longitudine eternita
tem:ꝛ ſimiliter de alijs. In miniſtris ſi
militer et ornamẽtis eoꝝ intelligo deũ
vt in veſte cãdida:mũdiciã ꝛ puritatẽ
i veſte rubea dei clemẽtiã ꝛ charitatẽ:
in veſte aurea dei ſapientiã ꝛ claritatẽ
ꝛ ſic de alijs. Iſte itellect⁹ ꝓprie vocat̃
donũ dei.vt dixit apoſtolus.ij.ad Ti-
motheũ.ij. Dabit tibi dñs in omnibus
intellectũ. Secundo debemus intelli-
gere que ſunt iuxta nos.ſ. ꝓximũ. Iu-
xta illud quod dicit̃ Eccl'i.xxxj. Intel
lige que ſũt proximi tui ex teipſo.nam
in frigore meo debeo itelligere paupe-
ris nuditatẽ in fame ꝛ ſiti.pauperis ſi-
tim et eſuriem/ in dolore meo.paupis
infirmitatem.ꝛ ſic de alijs. Et ſicut ho
mines bene intelligentes conſueuerũt
ad honores ꝛ dignitates ꝓmoueri ita
ꝙ intelligunt neceſſitatẽ proximi pro-
mouent̃ ꝛ quaſi epiſcopant̃ ad beatitu
dinẽ paradiſi.vnde dicitur ĩ pſal. Bea
tus vir q̃ itelligit ſup egenũ ꝛ pauperẽ
¶ Tertio debem⁹ intelligere que ſunt
intra nos ſicut animã noſtrã ꝛ corpus
noſtrũ. Sicut enim oculus noſter diri
rigit manũ in opere ꝛ motu exteriori:
ſic intellectus regulat affectum in omni
opere et motu interiori. Unde intelle-
ctus dicitur interior lectus quia ani-
mã informat/animã trãquilat/ꝛ quie-
tat ſicut corpus in lecto pauſat. Dicit̃
etiã interior locus :quia ſicut locus cõ
tinet et cõſeruat locatũ: ſic intellectus
ſtabilitat ꝛ conſeruat liberũ arbitrium
et oẽm iteriorẽ motũ.ideo dr̃ ĩ pſal. In
tellectus bonus omnibus facientibus
eũ:q2 ſi hõ non faciat qđ intellect⁹ ꝛ cõ
ſciẽtia dicũt:nec de⁹/ nec angelus/nec
homo:q2 iſta tria habẽt intellectũ dici
meret̃ ſed potius iumento cõparatur.
Unde dicit̃ in pſal. Homo cũ in hono-
re eſſet non intellexit creatorem ſuũ:ſꝫ
iumentis comparatur: et ſimilis fact⁹
es illis.

## ¶ De dono ſapientie.

### Capitulum.xxxv.

Poſt donũ intellectus pau-
ca habemus dicere de do-
no ſapientie:q2 multũ con-
uenit cum virtute pruden-
tie:ꝛ alijs virtutib⁹ ſeu do
nis que informãt cognitiuã:tñ quia ſa
pientia nõ tñ informat cognitiuã ſed
etiã affectiuã:ideo dicenda ſunt de ſa-
pientia pauca.ſ.tantũ tria. Unde no-
tandum ꝙ ſapientia eſt donũ ſplendi-
diſſimũ inſtar lucis: donum ſapidiſſi-
mũ inſtar mellis:donum ꝓfundiſſimũ
inſtar maris. ¶ Primo ergo donũ ſa-
pientie donũ ſplẽdidiſſimũ non ſolum
ſicut ſol:ſed etiam pluſq̃ ſol.ſol enĩ iſte
non oſtendit nobis niſi que ſunt ſupra
terram/ ꝛ infra celum:ſapientia autem
dei facit nos cognoſcere omnia.ſ.infer
num vt timeamus : mundum vt cõtẽ-
namus: celum vt appetamus: deum/
vt laudemus.ꝛ iſtud eſt vltimũ libri ſa
pientie:ꝛ ab iſto donatur.ſ.cognitio di
uinorum vt dicit Aug.ꝛ propterea di-
citur Sapiẽ.vij. Hec ſcꝫ ſapientia eſt
ſpecioſior ſole:ꝛ ſuper omnem diſpoſi-
tionem ſtellarum luci comparat̃, ꝛ in-
uenitur prior:quia per lucem viſibilia
videntur tantũ:per ſapientiã vero etiã
inuiſibilia cognoſcuntur. ¶ Secundo
ſapientia eſt donum ſapidiſſimũ inſtar

mellis: nō ſolū ſicut mel: ſed etiā pluſq̄ mel. vnde dicit ſapiētia. Eccl'ia. xxiiij. Spiritus meus ſuper mel dulcis: ⁊ hereditas mea ſuper mel et fauum. Mel namq̄ habet vnum ſaporem: et illo guſtato deſipiunt alia etiam meliora: ſicut vinum quod poſt mellis guſtum nō apparet ſapidum: ſed ſapientia diuina omnem habet ſaporem: quia ſibi ſapiūt omnia vt debent. ſ. tam mala q̄ bona temporalia vt vilia ⁊ inſipida. bona ſpiritualia vt cara. bona eterna vt fructuoſa ⁊ ſumme nobilia. vñ dr̄ Eccleſiaſtici vj. Sapientia ſm nomen ſuū eſt. ſ. ſapida ſcientia/ ⁊ non multis eſt manifeſta ideo dicit bene Ber. Inueniſti plene ſapientiam: ſi prioris vite peccata defleas. Si huius ſeculi deſideria paruipendis: ſi eternam beatitudinem toto deſiderio concupiſcas: inueniſti ſapientiam ſi tibi ſingula horum ſapiant ꝓut ſunt. ¶ Tertio ſapientia eſt donum ꝓfundiſſimū iſtar maris nō ſolum ſicut mare: ſed etiā pluſq̄ mare: quia mare habet fundum/ ſapientia diuina nullū habet fundum: quia vt dicitur Job. xj Longior ē terra menſura eius/ ⁊ latior mari. Et ꝓpterea dicit apoſtolꝰ. Ro. xj. O altitudo ⁊ profunditas diuitiaꝝ ſapientie et ſcientie dei q̄ incomprehēſibilia ſunt iudicia eius ⁊ inueſtigabiles vie eius: quia nimis lōge ſunt ſapiētie diuine iudicio quibꝰ diſpoſuit omnia inueſtigabilia q̄ gutte marꝫ valeāt numerari. Exemplum de patre ⁊ filio volentibus haurire totum mare cum coclear i paruo: vt narrat Hiero. Ideo dicitur donum quia nunq̄ per ſtudiū acquiritur: niſi per inſpirationem diuinam habeatur. Et ideo dicitur Jacobi. j. Si quis veſtrum indiget ſapiētia poſtulet a deo qui dat omnibus affluēter/ ⁊ non improperat et dabit ei. Et ſapien. ix. Da mihi domine ſediū tuarū aſſiſtricem ſapientiā: vt mecū ſit ⁊ mecum laboret vt ſciam quid acceptū ſit coram te omni tpe. Amē.

Septima dietā.

## ¶ De hūilitate. Ca. xxxvj.

Post tractatū de donis spūſancti dicendum eſt de beatitudinibus. Hec eſt ſeptima dieta ſalutis ſcꝫ a dono ſpiritus ſancti/ ad beatitudinē puenire. ¶ De humilitate enī quattuor ſūt precipue notāda: ſcꝫ typū figuratiuū: motiuū incitatiuū: ſignū demonſtratiuū: gradum diſtributiuū. ¶ Habet ergo humilitas in ſacra ſcriptura typū multiplicē ⁊ figurā. ¶ Nota ergo ꝙ humilitas eſt Breuis ſcala deuotionis. Breuis ſchola perfectiōis. Breuis via ſaluationis. Breuis ſcala ſi vis aſcēdere. Breuis ſchola ſi vis addiſcere. Breuis via ſi vis incedere. ¶ Eſt igitur humilitas breuis ſcala. Et nota tria in ſcala humilitatis. ſ. ſcale extremū/ ymū/ ⁊ ſupremū. ſcale latera dextrū ⁊ ſiniſtrum. ſcale ſpacia. ſ. triplicem gradum. Habet enī ſcala humilitatis duo extrema ymū et ſupremū. Ymū vel pes huius ſcale eſt timor ſupplicij: ſupremū vero eſt amor premij. vnde pſal. Si aſcēdero in celum tu illic es: ſi deſcēdero ⁊c. Item habet ſcala duo latera. ſ. dextrū ⁊ ſiniſtrum: dextrum eſt tēperātia in ꝓſperis/ ſiniſtrū patientia ī aduerſis. vnde apoſtolꝰ. ij. Cori. vij. Per arma iuſticie a dextris ⁊ a ſiniſtris. Item hec ſcala habet tria ſpacia vel tres gradus inter quos Primꝰ eſt contēptus mundi. Secūdus eſt humilis abiectio ſui. Tertius eſt humilis amor dei: hec eſt ſcala iacob. Geñ. xxviij. ¶ Item ē humilitas breuis ſchola. eſt enī cōpēdiū totius iuſticie. vnde ipſa dicitur omīs iuſticia. Mat. iij. Sic enim docet nos implere omnē iuſticiam. glo. i. humilitatem. Ideo ſaluator et magiſter optimus in ſua ſchola prolixitatem totius legis reduxit ad quandā ſummā. i. ad metodū humilitatis dicēs. Math. xj. Diſcite a me quia mitꝭ ſum ⁊ humilis corde. humilitas autem ſic deſcribitur Humilitas eſt ex intuitu proprie con-

ditionis vel conditione volũtaria men
tis inclinatio. Eſt inſuper humilitas ſi
cut breuis via: quia cum humilitas pe
tat centrum: per conſequens vertat cir
culum et ſpecialē circuitũ: ⁊ facit dya
metrum ⁊ dyameter pertranſit ſpaciũ:
et ita certiſſime venit ad terminũ. Eſa.
xxx. Hec ē via ambulate in ea. ¶ Itē
humilitas ſe attenuat vt ametur a ſpō
ſo: ſe adnihilat vt creet̃ de nouo: ſe eua
cuat vt impleatur a deo. ¶ Humili
tas itaq; ſe attenuat ⁊ ſic facit ſeipſam
gracilē ad domicelle modum. Vñ hu
militas et gracilitas ſponſe que ſpon
ſum incitat ad eius amorem. Et cauſa
huius eſt quia gracilitas ſignificat vel
atteſtatur incorruptionem: ſicut econ
trario tumor ſignificat corruptam eſſe
mulierem ⁊ pregnantē. Vnde nota ꝙ
quidam tument et inflantur de genere
⁊ nobilitate: ⁊ tales impregnantur a ꝓ
prio prē ſicut filie loth. Gen. xix. Qui
dam inflantur de ſubditorũ multitudi
ne et ptāte: ⁊ tales impregnatur a toto
populo ſicut dauid qui fecit numera
re populũ. ij. Reg. xxiiij. Quidā etiam
tument et inflantur de incorruptione
corporis: et per conſequēs quod eſt de
teſtabile impregnantur a virginitate ſi
cut fatue virgines. Mat. xxv. ¶ Item
humilitas ſe adnihilat vt de nouo cree
tur. Ipſa enim eſt illud nihilum ſup
quod deus fundauit terrā. Job. xxvj.
Qui appendit terram ſuper nihilum
id eſt animam ſuper humilitatis fun
damentum. ¶ Humilitas inſuper ſe
vacuat vt impleatur. i. vacuā ⁊ inanē
ſe reputat. Vñ figuratur per altare
tabernaculi. Exodi. xxxviij. quod erat
ita concauum vt poſſet recipere ignē/
ligna/ ⁊ victimas: ſic humilitas eſt va
cua vt capiat iſta tria ſcilicet ignem di
lectionis/ ligna compaſſionis/ ⁊ victi
ma deuotionis. ¶ Item nota ꝙ humi
litas eſt quicquid in valore eſt precio
ſius: quicquid in odore eſt delicioſius:
quicquid in decore eſt gratioſius.

¶ Primo igitur dico ꝙ humilitas in
valore eſt ſūme precioſa: et ꝓpter hoc
comparatur auro ⁊ balſamo que ſunt
duo valde precioſa balſamũ ſuper om
nes liquores: aurum ſup omnia metal
la: et ſicut iſta duo ſunt valde rara: ⁊ idō
precioſa: ſic rariſſima eſt humilitas ve
ra: ⁊ ideo ſumme cara. ⁊ ſicut aurũ eſt
valde ponderoſum ⁊ naturaliter petit
centrum balſamus ſemper petit fundũ
ſic vera humilitas inſtar auri et balſa
mi ſemper appetit inferiorem locum.
Et propterea de valore humilitatis di
citur Sap. vij. Omne aurum in cōpa
ratione illius/ arena eſt exigua. ¶ Eſt
etiam humilitas in odore multum de
licioſa et propter hoc comparat̃ in ſcri
ptura tribus que ſunt valde odorifera
ſcꝫ Thuri quod eſt granũ modicũ eſt
tamen fragrantiſſimũ ideo dicitur Ec
cleſiaſtici. l. Quaſi thus redolens in
diebus eſtat;. Cōparat̃ ēt nardo q̄ eſt
arbor parua ⁊ valde odorifera. vnde
dicit̃ Canticorũ. j. Nardus mea dedit
odorem ſuũ. Cōparat̃ etiam cynamo
mo qđ eſt cinerei coloris/ ⁊ cum frangi
tur: ſpirat quendā viſibilem et fragrā
tiſſimũ odorem. i. vaporē admodum ci
neris: ſic verus humilis: quia cinerem
ſe reputat emittit ſpiramina fragran
tiſſime virtutis. Et ideo dicit̃ Eccleſia
ſtici. xxiiij. Sicut cynamomũ et balſa
mũ aromatiſans odorem dedi.

¶ Eſt inſuper humilitas in decore mē
tis valde ſpecioſa: et propter hoc com
parat̃ virori ⁊ colori viridi qui ſup om
nes colores eſt proportionabilis ocu
lis ⁊ delectabilis ad videndũ. vnde di
citur Eccleſiaſtici. xl. Gratiā ⁊ ſpeciē
deſiderabit oculus: et ſup oēs virides
ſatiōes vł ſegetes ſatior viridiorq; ē vir
tus humilitat;. ¶ Item nota ꝙ humi
litas ſe humiliat vt aſcendat. Sic inci
nerat vt redoleat. Se mortificat vt re
ſurgat. ¶ Humilitas itaq; ſe humiliat
et ſp inclinat. Sicut enī ramꝰ q̄ pēdet
fructꝰ: ⁊ ſicut ſpica plena grano reſpi
cit ⁊ declinat verſus terrā: ſic aīa humi
lis que inſtar rami q̄ eſt onuſta fructi
bꝰ bonorũ operũ/ ⁊ ad modũ ſpice gra
nate ē plena granis virtutum: reſpicit
terram id eſt propriam fragilitatem/ ⁊
carnis vel corporis cōditionē terrenā. Et cō

trario ramus erectus monſtrat ꝙ i eo eſt nullus fructus ⁊ ſpica erecta ꝙ eſt granis vacua. Ita homo per ſuperbiã erectus eſt ad modũ rami ſterilis ⁊ infructuoſi. Et ideo dicit ſaluator Mat. vij. A fructibus eorũ cognoſcetis eos. ❡ Humilitas etiã ſe icinerat ⁊ pulueriſat: ⁊ ſic ſuauius fragrat ſicut herbe ſpecies aromatice plus redolent quanto ſunt minutius trite ⁊ pulueriſate. Unde dicit Canti. iij. Que eſt iſta q̃ aſcẽdit ꝑ deſertũ ſicut virgula fumi ex aromatib⁹ mirrhe ⁊ thuris/ ⁊ vniuerſi pulueris pigmentarij. ❡ Et notãdum ꝙ omnis homo debet ſe puluerẽ ⁊ cinerẽ reputare ex parte carnis de q̃ certus eſt ꝙ efficiet puluis. Geñ. iij. Puluis es/ ⁊ in puluerẽ reuerteris. Ex parte anime debet ſe quilibet puluerẽ ⁊ cinerem reputare: et ꝑcipue ꝓpt tria.

❡ Primo ꝓpter vtilitatem. Sicut em̃ cinis eſt vilis q̃tũcũq; fuerit de ꝑcioſa materia: ſic anima valde vilis eſt ex culpa q̃uis ſit valde nobilis ex natura. ps Ad nihilũ deduct⁹ eſt in conſpectu ei⁹ malign⁹. ❡ Scdo ꝓpter reſiſtẽdi difficultatẽ: q: ſicut cinis ſtatim diſꝑgit/ et nõ poteſt reſiſtere nodico flatui: ſic homo non põt reſiſtere modice tẽtationi: imo frequenter cadit ad ſibilũ modici verbi. vnde dicit in pſal. Non ſic impij non ſic: ſed tanq̃ puluis ⁊c̃.

❡ Tertio propter reſurgẽdi ĩpoſſibilitatem. Nã ſicut cinis nõ põt redire ad ſtatũ ſue materie: ſic hõ peccator non redire ad ſtatũ grẽ: niſi ſola dei virtute quia dicit Eccl's. vij. Nemo poteſt corrigere quẽ de⁹ deſperit. Et in pſal. Niſi dñs edifica. ⁊c̃. ❡ Humilitas inſup ſe mortificat vt reſurgat: q: humilis q̃ſi ſemp cõſiderat mortẽ propriã vt reſurgat ad vitã. ❡ Et nota ꝙ mẽoria mortis facit in hoie precipue ſex bona.

❡ Primo facit peccata vel vitia fugere. Nam ſicut latrones timẽt et fugiũt faciem iudicis: ſic vitia memoria mortis: ⁊ ſicut iumentũ cum cauda ſe defẽdit a muſcis: ſic homo a tentatione viciorum ex conſideratione mortis. Nã de peccatore dr̃ Treñ. j. Sordes eius in pedib⁹. i. in affectionibus. Et ſubdit cauſam: q: non eſt recordatus finis ſui

❡ Secundo facit mundũ cõtẽnere. Unde dicit Hiero. Facile cõtẽnit oĩa: qui ſe ſemper cogitat moriturũ. Nam concupiſcentia oculorum contẽnitur: quando quis cogitat ſe in terrã reuerſurũ. Concupiſcentia carnis deprimit quando q̃s cogitat ꝙ corp⁹ in delicijs nutritũ/ erit cib⁹ vermiũ. Superbia vite contemnitur quãdo quis cogitat ꝙ ille qui vult eſſe ſupra alios ponet ſub terra que eſt infimum elementorum.

❡ Tertio facit ſeipſum deſpicere: ⁊ ꝓpter reſolutionẽ ad terram i ſuiipſius cognitionẽ venire qui mod⁹ cognoſcẽdi ẜm philoſophũ ẽ certiſſim⁹ inter omnes ꝓpterea dicitur in pſal. Sciãt gẽtes quoniam hoies ſunt. i. de humo

❡ Quarto facit vitã preſentem recte regere: ſicut enim gubernator nauis ſe ponit in cauda: vt recti⁹ gubernet nauem: ſic qui in mari huius mundi vult recte et ſecure nauigare: nouiſſima ſua debet cogitare vel recordari. Nam dicitur Eccleſiaſtici. vij. Memorare nouiſſima ⁊ ineternum non peccabis.

❡ Quinto facit recte temperare preſentem leticiam: ſicut enĩ fatua eſt eſca ſine ſale: ſic preſens leticia eſt inepta ſine mortis conſideratione inſtar ſalis dulcedinẽ leticie temporalis miſcetur cum amaritudine mortis. Unde dicit Eccl'i. xlj. O mors q̃ amara eſt memoria tua homini iuſto.

❡ Sexto facit recte diuidere preſentem et futuram vitam. Qui enim ponit ſe in articulo mortis et eam diligenter conſiderat quaſi in medio preſentis et future vite ſe collocat: ⁊ ideo recte videt quid ſpernere et q̃d eligere debeat Ideo dicit Eccl'i. xj. In die bonorum nẽ immemor ſis malorũ. ❡ Item humilitas eſt gratioſa inſtar floris ſpecioſi: luminoſa iſtar ſideris radioſi: virtuoſa inſtar lapidis precioſi. ❡ Eſt itaq; humilitas gratioſa inſtar floris ſpecioſi. Cõparat autẽ inter flores precipue viole: q̃ eſt flos modic⁹ ⁊ valde ꝑcioſus Et nota ꝙ viola eſt formata inſtar ami

auicule parue. Hʒ enī quoddā roſtrū paruū et quaſdā paruulas alas ⁊ quādam caudā paruulā: ita humilitas habet admodum viole iſta tria diminutiua per propriam reputationem: habet nāq; roſtrum ad laudandum deū: habet etiam alulas vel pēnas ad contemplandum celum: habet caudam ad cogitandum finem propriū. Hec eſt viola ſpecioſa de q̄ dicit̄ Cāticorū.ij. Ego flos campi ⁊c̄. ¶ Eſt etiam humilitas luminoſa inſtar ſideris radioſi. Nam ſicut ſidus vel ſtella eſt modica in apparentia cum tamen ſidus in veritate (vt tradūt mathematici) ſit maior tota terra: ſic humilis cum ſit paruus in veritate eſt apud deū maxim⁹ et ſua tn̄ ⁊ hominū reputatione vult eſſe quaſi null⁹ ideo dicitur Eccleſiaſtici.xxxiij. q̄to magnus es humilia teipm̄ in omnibus Ipſa enim eſt inſtar lune. nam ſicut lumē eſt luminare quod minuitur ex conſummatione: vt dicit̄ Eccl'iaſtici.xliij. Sic humilis ſe miorare nitit̄/cū a deo per grām cōſūmatur. Sicut virgo maria. Luce.j. Quia reputauit ſe ancillā humilem cum ſalutaretur venerabiliter per archangelum gabrielem/et a filio dei eligeret̄ in matrem. Eſt etiā humilitas inſtar lapidis precioſi virtuoſa. Nam lapides precioſi ſunt vt plurimum q̄titate modici ⁊ virtute magni. Et nota q̄ humilitas comparatur ſpecialiter et proprie quinq; lapidib⁹ precioſis. ¶ Prio amestito qui reprimit ebrietatem ſic humilitas ſupbiam: que ſe inebriat per ambitionem. Unde ſuperbia eſt ebria ⁊ non a vino. vt dicitur Joelis.j. Expergiſcimini ebrij et nō a vino: ſed a vento. i. ſuperbie. ¶ Secundo iaſpidi qui fugat fantaſmata: ſic humilitas honores tranſitorios qui ſunt quaſi fantaſie vel ſōnia. Quia dicitur de ſupbo. Eccleſiaſtici.xxxiij. Cor tuū fantaſias patit̄. ¶ Tertio hūilitas eſt ſicut ſaphir⁹. Nā ſicut ſaphir⁹ rep̄mit hūores ſeu tumores corpales ita hūilitas ſupbas ⁊ ampuloſas inflationes Ipſa enī nō inflatur/non eſt ambitioſa Sicut de charitate dicit apl's.j.cor.xiij.

¶ Quarto humilitas eſt ſicut onichinus. Nā ſicut onichin⁹ dicitur hominem reddere inuictum: ſic humilitas reddit inuictum hominē ⁊ facit de hoſtibus triumphare. In cui⁹ figura dicitur q̄ dauid qui dicitur humilis: cū lapidibus funde goliam interfecit. vt dicitur.j.Reg.xvij. ¶ Quinto humilitas eſt ſicut dyamas. Nam ſicut dyamas eſt lapis qui reddit hominem gratioſum: ſic humilitas hominē deo ⁊ hominibus facit eſſe placentē et gratum vnde dicitur de hūilitate. Deut.xxxiij Sit placens fratribus ſuis. Et ſicut coram deo ⁊ hominibus eſt ſuperbia odioſa. vt dicit̄ Eccleſiaſtici.x. ita humilitas eſt deo et hominibus gratioſa ¶ Item humilitas cum deo quaſi de pari contendit cum diuina liberalitate eius gratiam ſemper recipiendo ſuperbiam circūuenit ⁊ deſpicit/ meliorem partem eligendo: diabolum deſpicit eius laqueos euadendo. Humilitas igitur quaſi de pari cōtendit cum diuina liberalitate: quia q̄to diuina liberalitas anime plura tribuit tanto ipſa ad recipiēdum fit capacior ⁊ hoc triplici arte: ſcilicet dilatando p̄ gratiarum actionem: incuruando per deuotam orationem: euacuando per modicā ſui reputationem. ¶ Primo enī humilitas cum recipit dei bñficia gratias agendo ſe dilatat: ⁊ ſic recipiendo parat ſemper locum vt deus amplius infundat. Uñ ipſa vas admirabile op⁹ excelſi. vt dr̄ Eccleſiaſtici.xliij. Et bene humilitas vas admirabile dicitur: quia dum impletur de impletione capacior efficit̄. ¶ Secundo humilitas per oratione ſe incuruat et ſic ad magis hauriēdū ſe p̄parat: nā ſicut ydria curuat̄ vt hauriat aquā: ſic hūilitas ſe īcuruat vt hauriat: et hoc orādo grām diuinā: et q̄to de⁹ āpli⁹ donat/tāto ipſa ampli⁹ poſtulat imo nunq̄ petere ceſſat: ⁊ iō in ea implet̄ quod dicit̄ Eccli. xviij. Cum cōſummauerit homo: tunc incipiet. ¶ Tertio humilitas per propriam reputationē ſe euacuat: et quodāmodo ſe exuit: et per conſequens ad

recipiẽdũ capacioꝛ fit: et hoc triplici
arte exiſtit quia dum gratiã dei in ple
nitudine recipit: ſeipſam tam vacuã re
cognoſcit: ideo in perſona dei dicit de
humilibus. Eccleſiaſtici. xxiiij. Qui bi
bunt me adhuc ſitient. ¶ Item humi-
litas etiã ſuperbiã circũuenit melioꝛẽ
partem eligendo. Et nota ſpecialiter
decem in quib⁹ humilitas reſpectu ſu-
perbie eligit melioꝛem partem. Super
bia enĩ eligit quod eſt extra humilitas
quod eſt intra. De pꝛimo dicit Math.
xxiij. Oĩa opera ſua facit vt videat ab
hominibus. De humilibus vero dicit
apoſtolus. ij. Coꝛ. j. Gloꝛia noſtra hec
eſt teſtimoniũ conſcientie noſtre. Sup
bia eligit ſerpillas: humilitas toꝛtillas
Superbia eligit coꝛticem: humilitas
nucleum. Superbia eligit paleam: hu
militas granum. Superbia eligit flo-
res humilitas fructum: iuxta illud Cã
ti. ij. Fructus eius dulcis gutturi meo
Superbia eligit mõtes humilitas val
les. Et nota ꝙ in montibus ſunt quat-
tuoꝛ mala. ſ. ariditas indeuotionis: du
ricies incompationis: ſterilitas opera-
tionis: et pꝛecipitiũ damnationis. Hu
militas vero eligit valles in quibus ſũt
ꝗttuoꝛ bona illis malis oppoſita. Nã ſi
cut valles contra ariditatẽ ſũt irrigue.
contra duriciam ſunt molles: cõtra ſte
rilitatem ſunt fructifere: contra pꝛeci-
pitium ſunt ſecure: ſic humiles ad mo-
dum vallis ſunt irrigui per deuotionẽ
et molles per compaſſionem / fructife-
ri per bonam operationem ſecuri ꝑ di-
uinam ꝓtectionẽ: qꝛ in infimo nõ opoꝛ
tet timere pꝛecipitium. Superbia eli-
git pulchꝛum: humilitas bonũ. Sup-
bia eligit imaginem: humilitas verita-
tem. Superbia eligit contentionẽ. ſ. lo
cum ſuperioꝛẽ: pꝛo quo cõtendunt am-
bitioſi: humilitas pacem. ſ. locum infe-
rioꝛẽ ꝓ quo nullus contendit. Ideo di
cit ſaluatoꝛ. Luce. xiiij. Recumbe ĩ no-
uiſſimo loco. Et ſic in pace factus ẽ lo
cus eius. vt dicitur in pſal. ¶ Super-
bia eligit eſſe in oꝛe hominũ ⁊ ideo nõ
eſt mirum ſi ſenſerit aliquãdo moꝛſus
detractionis humilitas vero eligit eſſe
in iudicio dei per quẽ ſolum vult iudi-
cari ſicut dicit apoſtolus ad Coꝛ. iiij.
Qui autẽ iudicat me / dñs eſt. Humi-
litas inſup deſpicit ⁊ paruipẽdit dia-
bolum eius ſcilicet laqueos euadendo
Nam ſicut piſciculi euadũt ſagenam:
ſic humiles rhete. i. tentationes diabo
licas. In cuius figura rex caldeoꝛum
tranſtulit in babyloniã et captiuauit
nobiles potentes: ⁊ dimiſit pauperes
id ẽ agricolas ⁊ vinitoꝛes. vt dicit. iiij.
Reg. xxiiij. ¶ Humilitas inſuper ha-
bet motum incitatiuum. i. cauſas mul
tas que hominẽ mouere debent ad ſe
humiliandũ. ¶ Unde nota ꝙ ſũt quīqꝫ
cauſe pꝛecipue: et quarum conſidera-
tione debꝫ homo ſeipſum humiliare. ſ.
ſi conſideret: que ſunt infra: que ſũt in-
tra: que ſunt iuxta: que ſunt cõtra: que
ſunt ſupꝛa. ¶ Pꝛima igitur cauſa hu-
militatis eſt conſideratio creature coꝛ
poꝛalis que in homine eſt. Debet igit
creaturas coꝛpoꝛales diligenter ꝯſide-
rare: et ex illis humilitatem haurire: ſi
enĩ cõſideret terrã / videt pꝛopꝛiũ ſepul
chꝛum: ſi attẽdat ignem ſuper terram /
videt ſuppliciũ peccatoꝛũ: ſi cõſideret
ꝗdrupedia / videt ea foꝛtioꝛa: ſi volati-
lia / videt ea leuioꝛa et agilioꝛa: ſi terre
naſcẽtia / videt melioꝛa: ſicut fruct⁹ vi-
det pulchꝛioꝛa ſicut floꝛes. Ultimo ſi
conſideret pꝛopꝛiũ ſubiectum videt qꝺ
in pꝛincipio eſt ſemen immundũ: ĩ me-
dio ſaccus ſtercoꝛum / et in fine cib⁹ ver
miũ vt dicit Ber. Et iterum vide vñ ve
nerꝫ: ⁊ erubeſce vbi es: ⁊ ingemiſce quo
vadis et cõtremiſce. Et ita cum homo
diligenter conſiderat ꝓpꝛias vilitates /
tunc hũilitas reſumit vires. Sicut eñi
muſcus in locis fetentib⁹ recupat odo
rem: ſic humilitas fragrantioꝛ efficit
cum quis conſiderat pꝛopꝛiam vilitatẽ
Et ideo dicebat abꝛaham. Gen. xviij.
Loquar ad dominum meum: cum ſim
puluis ⁊ cinis. ¶ Secundo cauſa hu-
militatis eſt conſideratio ſtatus inte-
rioꝛis. Omnis autem homo aut ſcit ſe
eſſe peccatoꝛem aut iuſtũ: ſi ſciat ſe eſſe
peccatoꝛem: multum debet humiliari
quia ꝗtum ad hoc deterioꝛ eſt cane

vel buffone: quia peccator eſt debitor temporalis et eterne mortis illa ꝓ ſolum temporalis ⁊ in illis ſolum eſt miſeria pene/in peccatoribꝰ ꝓ pene ⁊ culpe:⁊ in hoc ſūt ſimiles dyabolo. Si autem fuerit peccator aliqñ neſcit vtrum iuſtificatus eſt a peccato:quia dicitur Eccleſiaſtici. ix. Neſcit hō vtrū amore an odio dignus ſit/ſed omnia in futuro ſeruantur icerta. Si autem ſciat aliquis ſe eſſe in gratia:tamen ſe humiliare debet propter quattuor que interdum etiam viris iuſtis et perfectis nocent.ſ.negligentia ꝓficiendi: difficultas ſtandi vel pſeuerandi/facilitas cadendi etiā ad ſibilū vnius modici ꝓbi/difficultas vel impoſſibilitas reſurgēdi. Hoc eñ poteſt per ſe ire ad culpam ſed per ſe non poteſt redire ad gratiam quia dicitur in pſal. Spiritus vadens et non rediens. ¶ Tertia cauſa humilitatis eſt conſiderare ſe de ꝓximis noſtris. Videmus enim multos de fratribus et proximis noſtris in ſciētia ⁊ virtutibus profeciſſe:et nos in peccato vl' ignorantia remanſiſſe: vnde debemus erubeſcere. Videmus etiā multos fratres ⁊ proximos cecos mendicos ⁊ diuerſis miſerijs afflictos:⁊ ideo debemꝰ compati timere et deo grati ⁊ humiles eſſe/⁊ laudare eū qui nos potuit ⁊ pōt ſimilia ex ſua equitate infligere:et ex ſua pietate cuſtodire. Et ꝑpt' hāc cām hūilitas dr̄ Iob.v. Viſitās ſpeciē tuā nō peccabis. Viſitās ſpeciē tuā.i. ꝓximū q̄ ē ſpecies tua: vl' ſpecies vna tecū ¶ Quarta cauſa humilitatis eſt conſideratio hoſtis aduerſantꝫ:cui ſine dei adiutorio non poſſumus reſiſtere:imo ſi cōparati fuerimꝰ ei/ipſe quaſi gygas ⁊ nos quaſi locuſte:vt dicitur Nuerorꝫ xiij. Cuius etiam tanta eſt crudelitas/ꝙ nos omni hora transglutiret:niſi etiā diuina protectio nos cuſtodiret: quia dicitur Trenorꝫ.iij. Miſericordie domini quia nō ſumus conſumpti cui debemus totā virtutē aſcribere. ¶ Quinta cauſa humilitatis eſt conſideratio diuine magnitudinis cui tenemur humiliter ſubeſſe ꝑpter beneficium creationis iuxta illud pſal. Ipſe fecit nos ⁊ non ipſi nos:et propter beneficium redemptionis. iuxta illud Eccleſiaſtici. xxix. Gratiā fideiuſſoris tui:ne obliuiſcaris. Humiliare etiā debemus nos deo:cuius potentiam euadere nō poſſumus cuiꝰ ſapientiā latere non poſſumus:cuius iuſticiam corrūpere nō poſſumus. ¶ Unde notandum iuxta hoc ꝙ tribus de cauſis debet ſe quis inclinare et dimittere. ¶ Primo qñ videt capiti ſuo gladium iminere ſic nos debemus humiliare et timere ꝙ videmꝰ ſuper caput noſtrū gladium diuine ſentētie vibrare. Unde dicit̄.j. Petri.v. Humiliamini ſub potenti manu dei. ¶ Scdo inclinat ſe aliqs quādo oportet ipſum tranſire ꝑ oſtiū baſſū ſic nos debemꝰ humiliari q̄ ad vitā trāſituri ſumus ꝑ oſtiū baſſū et hūile ꝙ eſt chriſtꝰ qꝛ dr̄ Iohannis.x. Ego ſū oſtiū ꝑ me ſi qs introierit/ſaluabit̄. ¶ Tertio ꝯſueuit qs inclinare ſe quādo videt ſuperiorē ſe in inferiori loco ſedere nō eñ eſt decens militē ſedere i ſcāno ſi rex ſederet i pauimēto: ſic nos humiliari eſt neceſſariū cū videamus regem glorie ꝑpter nos in tantū hūiliatū. vñ dr̄ Matth.x. Sufficit ſeruo ſi ſit ſicut dominꝰ eius. Simile dr̄ Ioh.xv. ¶ Item habet humilitas multiplex ſignū demōſtratiuū Et nota ꝙ quinqꝫ ſunt ſigna inter alia humilitatis demōſtratiua. ¶ Primū eſt humilē amare exēplo creaturarum q̄ diligūt ſibi ſimiles:qꝛ dr̄ Eccli.xiij. Oē aīal diligit ſibi ſiſe. ¶ Scdm ē honores ⁊ laudes fugere ſicut mel venenatū/⁊ ſicut ſagittas limitas et venenatas:exēplo xp̄i qui fugit cū turbe volebāt ipſū facere regē: vt dr̄ Iohānis.vj ¶ Tertiū ſignū eſt opprobria ⁊ contumelias equanimiter tollerare: exemplo dauid qui cū ſemel malediceret ei/dixit abigail regē vindicare volēti Dimitte eū vt maledicat mihi.ij. Reg. xvj. Et exēplo apl'orꝫ:de qbꝰ dr̄ Act.v. ꝙ ibant gaudentes a ꝯſpectu ꝯſilij qm̄ digni habiti ſunt ꝓ noīe ieſu ꝯtumeliā pati. Ideo dicit̄ de humilitate. Tren. iij. Saturabitur opprobrijs.

¶ Quartū ſignum eſt vilia officia nō recuſare exemplo abigail quam cū dauid vellet ducere in vxorem/reſpondit Ecce famula tua ſit in ancillam: vt lauet pedes ſuorum domini mei. vt habetur .j. Reg. xxv. ¶ Quintū ſignum eſt libenter obedire exemplo chriſti qui humiliauit ſemetipſum factꝰ obediēs vſq₃ ad mortem: vt ait apoſtolus. Ad Philippēſes. ij. Habet etiā humilitas multiplicem gradū diſtributiuū. Unde nota ꝙ tres ſūt gradꝰ hūilitatis: ſicut dicit glo. Mathei. iij. ¶ Primꝰ ē ſubeſſe maiori: nec preferre ſe equali: ⁊ hec eſt ſufficiēs et neceſſaria. ¶ Secundus gradus eſt ſubeſſe pari nec ſe preferre minori necnon velle pferri: et hec eſt humilitas copioſa. ¶ Tertius gradus eſt ſubeſſe minori/⁊ nemini velle preferri: et hec ē humilitas excellēs et perfecta. Et ideo humilitas cū his gradibus ſuis eleganter figuratur p altare tabernaculi quod habebat tres cubitos in altitudine. vt dicit Exodi. xxvij. ¶ Item ſm alios gradus humilitatis ſunt quattuor. Primus eſt ſpernere mundum. Secūdꝰ ē ſpernere nullum. Tertiꝰ ē ſpernere ſeipſum. Quartus eſt contēnere ſe ſemper vel nō curare ſui per contemptū. Ideo humilitas per iſtum quadruplicem gradum figuratur ſatis apte per rationale in q̄ erāt quattuor verſus vel ordines gemmarum. vt habetur Exo. xxviij.

## ¶ De manſuetudine vł mititate. Caplm. xxxvij.

De māſuetudine vel mititate que eſt ſcđa beatitudo ſpecialiter ſunt tria notanda. Māſuetudo nanq₃ vel mititas habet pacē et ſocietatem cum proximo. Habet gratiā et familiaritatem cum deo. Habet regnum et hereditatem in celo. ¶ Hab₃ enim homo mitis et manſuetus cū proximo pacem et ſocietatem: et cum his qui oderunt pacē ſcit eſſe pacificꝰ. Sicut enim cōtra lapidē machine opponit aliqd molle p quod frangit impetꝰ violentie ſue: ſic ⁊ vir mitis frāgit irā ⁊ impetū indignationis opponendo molliciem reſponſionis: qꝛ dicit Prouer. xv. Reſponſio mollis frāgit irā: habet etiā homo mitis cū deo familiaritatē Et nota ꝙ ſignū triplex eſt ꝙ hō mitis deo ſit familiaris. ¶ Primū eſt ꝙ deꝰ mites libenter exaudit ſicut videmꝰ ꝙ a rege obtinēt quod volūt q̄ ei familiares exiſtūt: vnde dicit Judith. ix. Humilium ⁊ māſuetorū tibi ſemp placuit deprecatio. ¶ Scđm ſignū eſt ꝙ deꝰ in anima miti libenter pauſat ⁊ dormit. Māſuetudo enī eſt ſicut culcitra mollis in lecto floride cōſciētie: de quo dicit Cāti. j. Lectulus noſter floridus ¶ Tertiū ſignū ē ꝙ deꝰ ad videndū ⁊ loquendū ſe oſtendit miti vel exhibet ſicut videmꝰ ꝙ illi q̄ ſunt familiares prelatis: quādo volunt ad eos intrant ⁊ loquūtur ꝓ volūtate cū eis: ſic hō mitis loquit cū deo: vt legit de moyſe. Exodi. xxxiij. Qui loq̄bat cū deo facie ad faciē ſicut ſolet loq̄ amicꝰ ad amicum ſuum: cauſa īter alias erat: quia homo mitiſſimus erat: vt dicit Numeri. xij. Habet inſuper homo mitis hereditatē in celo: vt dicitur Mat. v. Beati mites quoniam ipſi poſſidebunt terram .ſ. viuentiū. Et nota ꝙ triplex eſt ratio q̄re mites poſſident celū. ¶ Prima eſt: qꝛ ipſi poſſidentur a deo: ⁊ ideo lege viciſſitudinis poſſidebunt deū in celo: quia dicit Aug. Nulliꝰ erit dei poſſeſſio/niſi eius quem ipē priꝰ poſſederit. ¶ Secūda ratio ē: quia mites poſſident corda ſua: et dominant ſibiipſis/qđ nō faciunt iracundi: imo ira dn̄at eis: iđ dt ſapiēs ꝓuer. xvj. Melior eſt qui dn̄at aio ſuo expugnatore vrbiū. ¶ Tertia rō eſt: qꝛ mites poſſident hic bona ſua Mites autē ſciūt hic bona ſpiritualia optime poſſidere: quia nulla aduerſitas poteſt eis ipſa auferre: qđ iracūdi facere neſciunt: imo bona ſpiritualia ſi que hn̄t p impatiētiā pdūt. vt dr Prouer. xix. Qui impatiens eſt: ſuſtinebit damnū/ſcȝ non ſolū boni exterioris qđ perdit in via: ſed etiam boni interioris quod ipſe effūdit. ¶ Mites etiā bona

temporalia poſſidere ſciunt/ q2 ſibi non permittunt dñari: qđ neſciunt facere auari et cupidi/ q2 diuitiarũ ſuarũ neſciunt eſſe dñi/ ſed potius ſerui: q2 dicitur in pſal. Uiri diuitiarũ: non diuitie virorũ. Q2 igit̃ mites vt dictũ eſt: ſe et ſua poſſidere ſciunt: merito terrã viuẽtiũ poſſidebunt. Et nota ꝙ mititatem vel manſuetudinẽ hominis natura miniſtrat. Corporis figura demonſtrat: Canonis ſcriptura cõmendat. ¶ Mititas igit̃ a natura miniſtrat̃: ⁊ cũ hoĩe a natura copulat̃ vel concreat̃. Nã dicit phũs ꝙ homo eſt aĩal natura manſuetum/ ſicut leoni a natura ineſt crudelitas: ſic hoĩ mãſuetudo vel mititas. Manſuet⁹ enĩ dicit̃ quaſi manu aſſuetus: ⁊ ideo homo qui relicta manſuetudine regit̃ crudeliter non eſt homo/ ſed beſtia ſilueſtris. ¶ Mititas etiã figura humana demonſtrat̃. Figura enim hoĩs exterior quãdã dulcedinẽ ⁊ affabilitatẽ demonſtrat ⁊ mititatẽ interiorem. In omni ſiquidem aĩalis ſpecie figurat̃ corporis exterioris ſignũ eſt nature interioris: ſicut enĩ videmus ꝙ vngues magis fortes ⁊ acuti: ⁊ magna et ampla labia ſignificãt rabiẽ ⁊ crudelitatẽ leonis et canis: ſic naturaliter hõ habens faciẽ venuſtã ⁊ carnem mollẽ ⁊ cutẽ leuem ⁊ vngues breues/ ⁊ modicitatem oris ⁊ gratiã in oculis/ tñ manſuetudinem ſignificant: ⁊ multa alia teſtimonia mititatis q̃ poſſent dari. Et ecõuerſo videmus ꝙ homo iratus habet tortam ⁊ hirſutam faciem/ ⁊ exuit humanã naturam ⁊ induit furiam/ et quodãmodo exterior effigies mõſtrat ꝙ homo iratus iam non eſt homo/ ſed incipit eſſe beſtia. iuxta illud pſal. Cõparatus eſt iumentis ⁊c̃. Mãſuetudo inſuper vel mititas in ſcriptura valde commendatur. Dicit̃ enim de mediatore noſtro. Hiere. xi. Ego ſicut agnus manſuetus qui portatur ad victimam Et iterum dicit pſal. Propter veritatem ⁊ manſuetudinem ⁊ iuſticiam ⁊c̃. Unde nota tria que recte hominẽ deducũt que ſunt mãſuetudo cordis / veritas oris/ iuſticia operis.

## ¶ De fletu. Cap. xxxvij.

De fletu qui eſt tertia beatitudo nota ſpecialiter tria ſcʒ ꝙ eſt Fletus compunctionis: ⁊ eſt Fletus compaſſionis/ ⁊ Fletus deuotionis. ¶ Primus fletus: ſcʒ compunctionis eſt ſicut colliriũ medicatiuum Unde apo. iij. Collirio inunge oculos tuos. Sicut enim collirium purgando oculos turbat viſum/ ⁊ turbando purificat/ ſic fletus cõpunctionis aĩam turbat per penitentiã: ſed medicat per gratiam. De hoc fletu dicit̃ in pſal. Exit⁹ aquaꝝ deduxerũt ⁊c̃. ¶ Secũdus fletus eſt compaſſionis/ ⁊ eſt ſicut vnguẽtum lenificatiuũ. Nam ſicut vnguentũ vngendo ſanat membra paralitica/ ſic humor cõpaſſionis ſanat cupidos a paraliſi. i. ab auaricia. ⁊ nota ꝙ ad vngendum ⁊ ſanandũ membra infirma precipue tria ſunt neceſſaria. ſ. ignis vnguẽtum ⁊ cõfricatio manũ: ſic ad opus miſericordie requirit̃ ignis dilectiõis vnguentũ cõpaſſionis ⁊ man⁹ ſubuentionis. De hoc fletu dicit̃ Iohã. xxx. Flebam quondã ſup eo q̃ afflictus erat/ et compatiebatur anima mea pauperi. ¶ Tertius fletus ſcʒ deuotionis eſt ſicut balneũ delectatiuũ. Unde anima in qua ſunt lachrime deuotiõis natat in deuotiõe ⁊ lachrimis ſicut piſcis in flumine. Nam ſicut dicitur prouer. xiiij Cor quod nouit amaritudinẽ aĩe ſue in gaudio illi⁹ nõ miſcebitur extrane⁹. ¶ Itẽ nota ꝙ ſex ſunt fletus incitamẽta: ⁊ ſex fletus impedimẽta: et ſex flet⁹ emolumenta. ¶ Fletus igit̃ incitamẽta ſunt ſex. ¶ Primũ eſt recognitio ꝓprie culpe. Nam dicit̃ in pſal. Exitus aq̃rũ deduxerũt oculi mei q2 nõ cuſtodiui legẽ tuã dñe. ¶ Secundũ eſt incolatus pſentis vite. vt dicit̃ ſimiliter in pſal. Heu mihi q2 incolat⁹ meus ꝓlongatus eſt. ¶ Tertiũ eſt timor gehẽne. Nam dicit̃ Trenoꝝ. j. Plorãs plorauit in nocte. i. in peccato. ¶ Quartum eſt recordatio paſſiõis dñice pſal. Fuerũt mihi lachrime mee panes die

ac nocte. ¶ Quintū eſt compaſſio humane miſerie vt dicit̃ ad Rom̄.xij. Flete cum flētib⁹. ¶ Sextū eſt deſideriū celeſtis pr̄ie.pſal. Sup flumia babilonis.i.calcādo delectationē tranſitoriā ſedim⁹ p q̄etā meditationē/ et fleuim⁹ ꝓpter celeſtis pr̄ie delectationē.vñ ſequit̃:dū recordaremur ſyon. Sicut interdū peregrin⁹ lachrimari cogit̃:cum ſue pr̄ie recordat̃. ¶ Sex ſunt etiā fletus īpedimenta. Primū eſt ſupbie elatio.ſicut videm⁹ ꝙ montes ⁊ alta loca ꝯſueuerūt eſſe arida:ſic mōs elationis ⁊ ſuperbie eſt aridus.vñ dr̃ Joſue.xv. Terrā arentē dediſti mihi:iūge ⁊ irriguā:ſic ecōuerſo hūiles abūdāt lachrimis ſicut videm⁹ ꝙ valles abūdāt aq̄s Nā humilitas eſt vallis lachrymarum ¶ Secundū impedimentū eſt terrenorū affectio ſicut videmus ꝙ terra inſpiſſat aquā ⁊ turbat ⁊ redigit in lutū. Unde dicit̃ in figura huius Geñ.iiij. ꝙ cayn interfecit abel. Cayn interp̄tat̃ poſſeſſio/ abel luct⁹. Cayn igitur abel interfecit: quando poſſeſſio ⁊ affectio terrenorū/lachrimarū irriguū interficit ⁊ interrūpit. Jdeo dicit̃ ī figura huius geñ.xxvj. ꝙ oēs puteos quos fecerunt ſerui yſaac obſtruxerūt philiſtini implentes terrenoꝝ affectione puteos deuotionis. ¶ Tertiū impedimentū eſt cordis īcōpaſſio:ſicut videm⁹ ꝙ de rupe nō ſcaturit aqua niſi miraculoſe. Unde dicit̃ geñ.xxix. ꝙ pute⁹ grandi lapide claudebat̃. Per os putei irriguum deuotionis intelligit̃:⁊ tūc grādi lapide claudit̃ qñ fletus ꝓpter cordis duriciam impedit̃. ¶ Quartū impedimentū eſt nimia occupatio: ſicut videm⁹ ꝙ in eſtate qđ eſt tp̄s occupatū valde fontes ⁊ putei exſiccant̃. Cōtra hoc dicitur Eſa.xxij. Recedite a me amare flebo. ¶ Quītū impedimētū ē ignorantie excuſatio ſicut videmus ꝙ freneticus ⁊ fatuus nō poteſt flere ſed ridere:qꝛ nō cognoſcit morbum ſuum. Hoc impedimentū tāgit dñs Lu.xix. dicens: Si cognouiſſes ⁊ tu: fleres ſuple. ¶ Sextum impedimentū eſt peccati multitudo:ſicut enī videm⁹ ꝙ nimium frig⁹ cōgelat aquas:ita magnū zelū peccati īpedit lachrymas. Jdeo dicit̃ Mat.xxiiij. Qm̄ abūdabit iniq̄tas:refrigeſcit charitas multorū ⁊ per cōſequens ceſſauit irriguū lachrymarū:qꝛ vt dicit Grego.in moralib⁹. Uis amoris per lachrymas emanat: ⁊ ideo vbi amor nō eſt/lachryma ceſſat.

¶ Sex ſunt etiā fletus ⁊ emolumenta vel vtilitates. Unde nota ꝙ lachryma ſpiritū contritū lauat/ ſpiritū deuotū leuat/ſpm̄ malignū necat/ terram cordis irrigat/ſitim ſedat/orando efficaciter īpetrat. ¶ Primo ergo lachryma ſpiritū contritū lauat vnde figurat̃ per mare eneū.iij.Reg.vij.in quo ingreſſuri tabernaculū lauabāt man⁹ ⁊ pedes. id eſt opa ⁊ affectiōes. ¶ Scđo leuat aiaꝫ deuotā:ſcꝫ p cōtemplationē. Qđ figurat̃ per diluuiū. Geñ.vij. Multiplicate ſunt aque et eleuauerūt archā in ſublime a terra.i.cōſcientiā ad ſublimia contēplationis. ¶ Tertio ſpiritū malignū lachrima necat:qđ figuratur p mare rubrū Exo.xiiij.vbi ſubmerſ⁹ eſt pharao ⁊ exercitus eius.i. diabol⁹ ⁊ ois malign⁹ ſpirit⁹. Nā dicit̃ in pſal. Cōtribulaſti capita drachonū in aq̄s id eſt tētationes demonū in fletibus lachrymoſis. ¶ Quarto lachryma terram cordis irrigat ⁊ fecundat qđ figurat̃ per fontem paradiſi. Geñ.ij. Fons aſcendebat de terra:ſcꝫ irriguū lachrymarū irrigans vniuerſam ſuperficiem terre ad ꝓducēdū fruct⁹ bonoꝝ operū Nā dicit̃ in pſal. Qui ſemināt ī lachrimis in exultatione metēt.. ¶ Quinto lachryma ſitim ⁊ ardorē cōcupiſcētie ſedat ſicut cōtra ſitim currit̃ ad fontē ⁊ contra ignē currit̃ ad aquā:ſic cōtra cōcupiſcentie ignē ⁊ incendiū currendū eſt ad fontē lachrymarum. vñ dicit Greg.in moral̃. ꝙ flammā ſuggeſtiōis extinguit citius aqua lachrimarum. ¶ Sexto lachrima efficaciter orando īpetrat. Et nota ꝙ de hoc ſunt nouem exēpla precipua in ſcriptura. Primū Anne de q̄ dr̃.j.Reg.j. ꝙ cū eſſet anima amaro aio/orauit ad dñm flēs largiter q̄ a deo exaudita eſt. Scđm Ezechi-

cui dictũ ē eſa.xxxviij. Uidi lachrimā tuā ⁊ ecce ſanaui te. Tertiũ eſt thobie Quartum eſt ſarre. De his duob⁹ dr̄ thobie.xij. ꝙ orauit thobias cũ lachrymis ⁊ ſarra ſimiliter: ⁊ exaudite ſunt p̄ces amborũ. Quintũ eſt Judith q̄ dixit. Judith.viij. Indulgentiā ipſi⁹ fuſis lachrymis poſtulem⁹: qđ ⁊ fecit/ et deus eam exaudiuit. Sextũ dauid de quo dicit̄ in pſal. Poſuiſti lachrymas meas in ↄſpectu tuo. Septimũ eſt marie Magdalene q̄ pedes ſaluatoris lauit lachrimis ⁊ miam ipetrauit. vt dr̄. Luce.vij. Octauũ eſt petri: de quo dr̄ Mat.xxvj. ꝙ poſt trinā negationē fleuit amare ⁊ obtinuit remiſſionē. Nonũ eſt chriſti de quo dicit apl's ad Hebre. v. ꝙ cum clamore valido et lachrimis auferens exaudit⁹ pro ſua reuerentia: ſcꝫ xp̄s. Propter hanc efficatiā lachrimarũ dicit Aug. ꝙ lachryme violente ſunt in precib⁹. Et glo. tho. iiij. dicit ꝙ oratio deum lenit: ⁊ lachryma cogit.

¶ De eſurie ⁊ ſiti iuſticie.

De eſurie ⁊ ſiti iuſticie q̄ eſt quarta btitudo nihil ad preſens aliud eſt dicendũ q̄ꝫ qđ in tractu de virtute iuſticie ſuperius dictum eſt.

## ¶ De mia. Capi.xxxix.

De miſericordia que eſt q̄nta beatitudo ſunt ſpecialiter tria notanda: ſcꝫ Cōparationes quibus figurat̄. Meditationes cũ quibus adiuuatur. Operationes cum quibus occupatur. ¶ Primo eni notande ſũt eius figurales comparationes. Unde nota ꝙ miſericordia eſt Interna chriſti paſſio Prima chriſti lectio Optima chriſti vnctio. ¶ Primo ergo miſericordia eſt interna chriſti paſſio id ē compaſſio que melior eſt ⁊ maior fuit q̄ꝫ aliqua paſſio. Unde nota ꝙ duplex fuit crux chriſti: ſcꝫ exterior que fuit lignea ⁊ interior que fuit aurea exterior fuit paſſionis ⁊ penitētie: interior fuit ↄpaſſiōis ⁊ miſericordie. Ideo xp̄s dicitur pro nobis animā poſuiſſe p̄ꝰq̄ꝫ carnē. Unde dicit̄. j. Johā. iij. Chriſt⁹ ꝓ nobis aīaꝫ ſuā poſuit: ⁊ nos debem⁹ ꝓ fratrib⁹ aīam ponere. Et ſicut dolor paſſionis xp̄i nō habuit parē ita dolor cōpaſſionis nō habuit ſimilē. Tren. j. O vos oēs q̄ trāſitis p viā attendite ⁊ videte ⁊c̄. ¶ Secundo mia eſt ſumma chriſti lectio: vt dicit ambroſi⁹. In ſignum huius chriſt⁹ in hac lectione p̄ ceteris examinabit ſcholares ſuos in die diſtricti iudicij dicēs. Eſuriui ⁊ nō dediſti mihi mādncare ⁊c̄. Mat.xxv. Diſcholi q̄ neſciũt huius lectionis: ſcꝫ miſericordie verſiculũ ineternũ ſentiēt ſine pietate flagellum: q2 dicitur Jacobi.ij. Judicium ſine miſericordia fiet illi qui non fecit miſericordiam. ¶ Tertio miſericordia eſt optima chriſti vnctio. Nam cũ ſit triplex vnguentum. ſ. contritionis/ deuotionis/ ⁊ compaſſionis vnguētũ cōpaſſionis eſt optimũ vt dicit Ber. Bonũ eſt inq̄t vnguentũ qđ de recordatione pctōꝝ naſcit̄ meli⁹ qđ ex deuotiōe cōcipit̄: porro vtrũq3 vincit compaſſio charitatis vel pietatis. Et nota ꝙ iſto vnguento deberēt tria perungi: ſcꝫ caput. i. intentio. pedes. i. affectio manus. i. operatio: q2 in his trib⁹ ſcꝫ intentione/ affectione ⁊ operatione debet precipue relucere. De vnctione capitis dicitur. Mat. vj. Unge caput tuum. De vnctione pedũ dicit̄ Luce. vij. ꝙ maria vnxit pedes Jeſu. De vnctione manuũ dicit̄ Canti. v. Manus mee ſtillauerũt myrrham ⁊ digiti mei pleni myrrha ꝓbatiſſima. ¶ Item nota ꝙ miſericordia Decenter conuerſat̄ Prudenter negociat̄ Abundanter remunerat̄ ¶ Primo miſericordia facit hoīem decēter cōuerſari. Nam vir pi⁹ ⁊ miſericors bñdicit̄ a deo/ placet ꝓximo/ ⁊ natat ī oleo: benedicit̄ a deo per gratie effuſionē: placet ꝓximo p iuſtā conuerſationē/ natat in oleo per internam deuotionē. Hec tria ſimul figurāt̄ Deut. xxxiij. Benedict⁹ fili⁹ aſer/ q̄ꝫtum ad primũ: ſit placēs fratrib⁹ q̄ꝫtum ad ſecundũ: ⁊ intingat in oleo caput ſuũ/ q̄ꝫtũ ad tertiũ. ¶ Scđo mia prudēter operat̄. Nam de malis alioꝝ meliorat̄/ de ſordibus lauat̄/ de pau-

pertate ditaẜ/de infirmitate ſanaẜ/de onere alleuiaẜ. Ipſa eni oibus cõpatiẜ oia onera portare nitiẜ: et q̃to plꝰ onera aſſumit: tanto plus lucraẜ et velociꝰ currit. ideo dicit apl's ad gal'. vj. Alter alteriꝰ onera portate etc̃. Et nota q mi ſericors homo inſtar prudentis mercatoris cõſiderat tria. Nam mutuat libẽter regi q̇ põt ſibi capitale reddere et dãnũ reſarcire et vſuras lucrũ ſoluere: talis rex liberalis eſt deꝰ qui mercatoribus ſuis cõſueuit capitale cuſtodire et cõſeruando gratiã damna reſarcire remittendo culpam vſuras ſoluere: ſcȝ largiendo gloriã et eternã vitã. De iſta mercatura dẜ Mat. xxv. prudẽtes virgines acceperũt oleum in vaſis ſuis cũ lampadibꝰ: ſcȝ oleum miſericordie et cõpaſſionis in vaſis ſuis. i. in interioribꝰ vaſis cordis: qꝛ ſicut ignis ſine oleo nõ ardet in lampade: ſic ignis charitatis ſine oleo miſericordie non ardet in corde. Hanc negociationẽ docuit ſummꝰ mercator: ſcȝ xp̃s. Mat. xix. Uade et vende oia q̃ poſſides et da pauperibus Homo etiã miſericors admodũ boni et induſtrij mercatoris inuocat vel reuocat veteres merces in nouas et viles in p̃cioſas: et quodammodo circũuenit deũ in ſua negociatione: qꝛ p calice aq̃ frigide recipit torrentẽ voluptatis eterne. Unde dicit aug. Prebe teipm̃ et accipe celum. Et ideo diciẜ Oſee. xj. Circũuenit me in negociatiõe ſua effrayn ¶ Tertio miſericordia abũdanter remunerat. Unde nota q due virtutes valde copioſe et plene veniunt ad iudiciũ pp̃ter qd̃ recipiunt ſalarium valde copioſum: ſcȝ charitas et miſericordia. Charitas enim aliena bona facit ſua. Iuxta illud pſal. Particeps ego ſum oim̃ timentium te etc̃. Mia facit aliena mala ſua. iuxta illud. ij. Cor. j. Sicut ſocij eſtis paſſionum: ita et conſolationum. Hec eſt etiã lex fideliũ mercatorũ: ſcȝ ſicut ſunt ſocij in damno: ita ſunt ſocij in lucro. ¶ Item nota q miſericordia eſt virtus que cunctas ſuperat. Modus qui reum liberat. Clauis que celũ reſerat. ¶ Primo igitur miſericordia eſt virtus ceteras virtutes ſuperans et ſpecialiter excedit tres virtutes inter alias excellenter ſcȝ penitẽtiã: qꝛ penitentia imolat corpus: miſericordia vero aiam. Ideo dicit apl's. j. Thimo. iiij. Corpalis exercitatio id ẽ penitẽtia admodum vtilis eſt: ſcȝ reſpectiue. pietas aũt ad oia valet: promiſſionẽ habens vite que nũc eſt et future Miſericordia etiã ſuperat charitatem in eo q charitas eſt fluuiꝰ diuine pietatis/et currit cũ alueis ſuis/et nõ exit extra ripas qꝛ ſolũ bonũ diligit et ſua cõmunicat: pietas vero et miſericordia extra ripas inundat et ſua bonis et malis cõmunicat: et ideo nõ ſolũ bona proximorũ: ſed etiã mala libentiſſime portat Iuxta apl'm. ij. Cor. xj. Quis infirmatur et ego nõ infirmor: q̇s ſcãdalizatur et ego nõ vror: Mia nihilominꝰ ſuperat iuſticiã: et in ſignũ huius de curia iuſticie/ſi eſt a peccatore ſuſpecta/licet ad cõſiſtoriũ miſericordie appellare: vt dicit Ber. Nam dicit Iacobꝰ. Mia ſupexaltat iudiciũ. Et de hac excellentia miſericordie reſpectu aliarũ virtutum diciẜ in pſalm̃. Miſerationes eius: ſup oia opera eiꝰ. ¶ Secundo mia eſt modus abſolutionis optimꝰ liberans reũ. et deũ obligans. reũ itaq liberat a delicto vel debito decẽ miliũ talentorum. Et nota q hõ miſericors de remiſſione peccatorũ ſuorũ habet ſpecialiter tria paria litterarũ. i. tria teſtimonia euangelica/q̃ hoi pio denũciant pctã remiſſa. Primũ ẽ. Mat. v. Beati miſericordes: qm̃ ipſi miſericordiã conſequẽtur Secundũ eſt Mat. vj. Si dimiſeritis hoibꝰ pctã eorũ: et pr̃ veſter celeſtis peccata vr̃a dimittet. Tertiũ eſt Luc. vj. Dimittite et dimittemĩ. Et nõ ſolũ mia a delicto liberat verũetiã ad ſaluandũ hoiem deũ obligat. Nã dẜ puer. xix. Feneraẜ dño: q̇ miſereẜ p̃xio. ¶ Tertio mia eſt clauis celũ reſerãs. Ũn in figura huiꝰ dẜ q xp̃s aſcendit in celũ de mõte oliueti. Act. j. q̇ figurat eminẽtiã mie. Xp̃s q̇ dẜ vnctus eſt hõ miſericors vnctꝰ vnctione pietatis. talis aſcẽdit ĩ celũ: qꝛ hoi pio reſeraẜ aula celeſtȝ glie

¶ Nota q̄ duo oſtia facit pietas in celo: cum homo miſericors intus cōpatitur ⁊ proximo extra ſubuenit: qđ optime figuratur. iij. Reg. vj. vbi dicit̄ q̄ ſalomon fecit in ingreſſu oraculi duo oſtiola de oliuis: que quidem ſunt duplex: miſericordia ſcilicet corporalis ⁊ ſpiritualis: corporalis ſubueniēdo / ſpiritualis compatiendo. ¶ Secūdo notande ſunt meditationes in quibus adiuuatur miſericordia: ⁊ hō miſericors ad miſerādū mouet̄. vnde nota q̄ tria ſunt que mouent hoīem ad miſericordiam. ¶ Primū eſt nature conformitas. Oēs eni vnum habem⁹ principiū, et vno patre ſumus geniti / ⁊ oēs ſum⁹ filij dei: ⁊ ideo debemus inuicē cōpati ſicut ſi eſſemus fratres germani. vnde dicit̄ Mat. xxiij. Omnes eni vos fratres eſtis. Et ideo dicit̄ Eſa. lviij. Cū videris nudū operi eū: et carnē tuam ne deſpexeris. ¶ Secundū mortuum miſericordie eſt ꝓpria indigētia vel neceſſitas: q: homo qui bene cōſiderat ꝓpriam miſeriā facili⁹ ⁊ libentius reuelat alienā. Nā dicit̄ Eccli. xxxj. Ex te ipſo intellige que ſunt proximi tui.

¶ Tertiū mortuum pietatis eſt xpi et membroꝝ ſuoꝝ ſcilicet pauperū amor ⁊ vnitas a deo. namq̄ chriſtus efficit̄ ad amorē pauperū. q̄ quicquid fit eis reputat ſibi factū. Quia dicit̄ Mat. xxv. Quod vni ex minimis meis feciſtis: mihi feciſtis. ¶ Tertio notande ſunt operatiōes q̄bus miſericordia occupatur. Et notandū q̄ ſeptē ſunt opera miſericordie corporalia / ⁊ ſeptē ſpiritualia. Corporalia ſunt iſta. ſ. Eſuriētem paſcere. Sitientē potare. Nudū veſtire. Hoſpitem colligere. Infirmū viſitare. Vinctum liberare. Mortuū ſepelire. ¶ Septē ſpiritualia ſunt iſta ſcꝫ Peccata dimittere. Peccantē corrigere. Pro peccante orare. Ignorantem inſtruere. Heſitantē conſulere vel confirmare. Lugentib⁹ conſolationē ꝓbere: ⁊ ad omnes afflictos cordis cōpaſſionem habere. ¶ Sex de iſtis numerant̄. Mat. xxv. ſeptima / thobie. ij. ¶ Et in figura hoꝝ dicit̄. Apoca. j. q̄ ſimilis filio hoīs erat in medio ſeptem candelabroꝝ aureorum / et habeat in dextera ſua ſeptē ſtellas. Filius hoīs dicitur homo pij cordis: q: ſꝫm philoſophum / pietas eſt propriū hominis: ſicut crudelitas leonis. Candelabra aurea ſignant ſeptē opa miſericordie corporalia que ſunt vt aurum precioſa.

¶ Septem ſtelle q̄ ſunt in dextra: ſunt ſeptem opera miſericordie ſpiritualia in cordis hemiſperio lucentia tanq̄ ſydera radioſa.

## ¶ De mundicia cordis.

Capitulum. xl.

De mūdicia cordis que eſt ſexta beatitudo eſt notandū q̄ tria ſunt que cordis mundiciam faciunt: ſcilꝫ Lectio ſcripturarū. Largitio elemoſynarū. Effuſio lachrymarum. ¶ Primo lectio ſcripturarū efficit cor mundū: q: dicit̄. Joh. xiij. Jam vos mundi eſtis ꝓpter ſermonem quē locutus ſum vobis. Quod figurat̄ elegāter per lauatoriū tabernaculi. Exo. xxxviij. Et nota q̄ duo erant in lauatorio: ſcꝫ ſpeculū ⁊ aqua munda: ⁊ hec duo ſunt myſtice in ſacra pagina. eſt eī ſpeculum: q: peccati maculas oſtēdit. ⁊ eſt aqua: quia maculas tergit.

¶ Secundo facit cor mundū effuſio lachrymarū: q: dicit̄ in pſal. Lauabo per ſingulas noctes lectū meum: ſcꝫ cōſcientie. Et nota q̄ lachryma ad hoc q̄ cor ſit bene mūdū debet habere tria ſcꝫ q̄ debet eſſe calida per deuotionē / amara per contritionē cinerea ꝑ amoris recordationem. ſicut enī aqua tranſiens per cineres facit lixiuiū qđ optime ſordium eſt mundatiuū: ſic talis lachryma eſt cordis mundatiua. ¶ Tertio fit cor mundū per elemoſinarū largitionē. q: dicit̄ Luce. xj. Date elemoſinā. ⁊ ecce omnia munda ſunt vobis. Videmus enī q̄ ad ſanandum vel purgandū vulnus / nō ſolum adhibent̄ cauteria: immo apponunt̄ emplaſtra. cauteriū eſt correctio iuſticie / emplaſtrū eſt elargitio elemoſine. ¶ Item nota

ꝙ ſunt alia tria que ad cordis mundiciam diſponunt: ſcȝ Scoba confeſſionis. Lima correctionis. Fornax affectionis. ¶ Primo igit̄ facit mūdiciā cordis ſcoba cōfeſſionis. i. frequenter confiteri: qꝛ dicit̄. iiij. Reg. v. Laua te ſepties in iordane. Lauat̄ aūt ſepties qui ſeptē vicia mortalia vel capitalia humiliter confitet̄: qꝛ tunc cor munda tur ⁊ ſanctificat̄. Nam dicit̄ in pſalm̄. Facta eſt iudea ſanctificatio eius. iudea interpretat̄ confeſſio: ipſa enim eſt cordis ſanctificatio. Et nota ꝙ i ſacro eloquio valde ſepe adiungitur decor ⁊ pulchritudo. Et in figura huius ꝙ ſcoba confeſſionis ſumme diſponit ad mūdiciam cordis dicit̄ in pſal. Confeſſionem ⁊ decorē induiſti. Et iterū. Cōfeſſio ⁊ pulchritudo in conſpectu eius: et ſic de alijs. ¶ Secundo multū diſponit ad mundiciā cordis lima correctionis. Nam ſicut lima mūdat ferrū a rubigine: ſic correctio cor a labe. Unde grego. Ille sol⁹ amicus erit q̄ in aduētum diſtricti iudicis maculas ſue mētis tergit. Sed nota ꝙ q̄dā ſunt adeo miſeri ꝙ vnde deberent mundari ſordidant̄. De talibus dicit̄ in pſal. Deſtruxiſti eum ab emundatione. ¶ Tertio mundiciā cordis facit fornax tribulationis. Nam ſicut fornax reddit aurū purū: ſic tribulatio facit cordis mundiciam. vnde dicit̄ Hiere. xij. Probaſti cor meū tecum. Sed ſunt quidā q̄ ab igne tribulationis nō mūdant̄: ſed vrūtur: tales non ſunt aurū ſed ſcoria: non granū ſed palea / nō oleū / ſed amurca. vnde multū poſſunt formidare de illo verbo euāgelij Mat. iij. Paleas autē cōburet igne inextinguibili. Sicut enī videmus ꝙ cōfricatio panni aſperi facit ⁊ cōſeruat mundiciā ciphi: ſic tribulatio ⁊ carnis maceratio facit mundiciā animi. Exemplū de iohanne baptiſta q̄ habebat veſtimētū de pilis camelorum. Mat. iij. Sciebat enī ꝙ aſpera faciebant cor mundū. ¶ Item nota ꝙ cor efficit̄ mundū ab omni peccato ſpecialiter ⁊ ꝓcipue triplici baptiſmo. ſ. fluminis, flaminis, ⁊ ſanguinis. Baptiſmo fluminis mūdant̄ infantes / baptiſmo flaminis mūdant̄ penitētes / baptiſmo ſanguinis mundant̄ martyres: q̄ū ſcȝ ſacramentū volunt ⁊ nō poſſunt habere. Et iſte triplex modus mundandi figurat̄ per illa tria q̄b⁹ fiebat mūdicia in veteri lege. Fiebat enī ꝑ tria: ſcȝ per aquā expiationis. vt dicit̄ Exo. xix. per effuſionē ſanguinis. vt dicit̄ ad hebre. ix. per vnguentū vnctionis vt habetur Exo. xxx. Ablutio vero q̄ fiebat ꝑ aquā ſignificat mūdationē q̄ fit per ſolam gratiā. Expiatio q̄ fiebat per ſanguinē / ſignificat martyriū vel carnis mortificationē. Sanctificatio q̄ fiebat per vnguenti vnctionē figurauit martyrū perfectionē. Et nota ꝙ in iſto tertio modo ſanctificabat̄ ſolus aarō ⁊ filij ei⁹ in quo itelligit̄ ꝙ clerici ⁊ religioſi debēt eſſe mundificati excellēter vnctione ſpirituſſancti. ¶ Item nota ꝙ quinq̧ erant ex quib⁹ cōficiebatur vnguentū vnctionis. vt dicit̄ Exo. xxx. ſ. Mirrha electa. Cynamomo. Caſſia. Calamo / ⁊ Oleo oliuarum. ¶ Prima ergo ſpecies illi⁹ vnguenti erat mirrha pura ⁊ electa ſicut illa que ſponte manat ab arbore / ⁊ eſt ꝓcioſior q̄ꝫ illa que manat ex arboris inciſione. Iſta ſignificat penitentiā q̄ fit in iuuentute que gratioſior ē deo q̄ꝫ illa q̄ fit i ſenectute. Nā caro mirrha prius cōdiēda eſt vt ſit puriſſima anteq̄ꝫ vermib⁹ ſit cōſumpta. Cōtra fatuitatē multoꝝ q̄ mirrha penitētie nolūt ſe vngere donec toti putruerint vermib⁹ peccatoꝝ vel vicioꝝ. ¶ Secunda ſpecies illi⁹ vnguēti erat cynamomum que eſt cinerei coloris: ⁊ cū frangit̄ emittit quādā nebulā ſpiramenti redolentis etiā viſibilis. vt dicit glo. Exo. xxx. Q̄ð figurat humilitatē que debet eſſe i clericis ⁊ religioſis: de qb⁹ manare debet viſibiliter ſpiramentum odoris. i. redolētia humilitatis ꝑ exemplū edificationis. ¶ Tertia ſpecies illi⁹ vnguenti erat caſſia / q̄ creſcit in aquis: ⁊ figurat fidē eccleſie que in aquis ſacre ſcripture ꝑficit: in quo intelligitur ꝙ fides innitur ſcripture nō rationi humane. qꝛ vt dicit Ambro. In

his que fidei ſunt piſcatoribus credit/ non dialecticis. ¶ Quarta ſpecies illius vnguenti erat calamꝰ. Eſt autem calamus/ vt dicit glo. Exo. xxx. arbor aromatica creſcens in libano cuiꝰ cortex facit quēdā ſonum: et ſignificat in clericis ꝛ religioſis officiū eccleſiaſticum qḋ iſtar calami debet eſſe aromaticum per deuotionē: ſonorū per diuine laudis expreſſionē. ¶ Quinta ſpecies illiꝰ vnguenti erat oleū oliuarū et ſignificat dulcedinē cōpaſſionis q̄ debet abūdare in clericis et religioſis: qꝛ ſicut oculus eſt lachrymabilior ꝛ tenerior ꝛ paſſibilior ceteris membris: ſic p̄lati/ ꝛ clerici/ ꝛ religioſi/ q̄ ſunt oculi eccleſie debēt eſſe p̄ceteris teneri ī cōpaſſiōe lachrymabiles in pietate. De hoc habemꝰ exemplū in chriſto qui valde pronus erat ad lachrymandū ꝛ quem miſericordia traxit de celis in mundū. Unde dicitur in Pſalm̄. Propterea vnxit te deus oleo leticie pre conſortibus tuis.

## ¶ De Pace. Capi. xlj.

De pace q̄ eſt ſeptima beatitudo notanda ſunt tria: ſcȝ Que ſunt pacis preconia. Que ſunt pacis ſubſidia. Que ſunt pacis cōtraria. ¶ Primo notāda ſunt pacis p̄conia. Unde nota ꝙ tria ſunt p̄conia pacis. Nam pax eſt Celi linguagium. Chriſti encenium: ꝛ Dei veſtigiū. ¶ Eſt igitur pax celi linguagiū cuius ſignum eſt triplex: qꝛ xp̄s illud idyoma loquebatur qui venit de celo. Dixit enī apoſtolis. Pax vobis. Jo. xxij. poſt reſurrectionem qn̄ erat immortalis. Tale linguagium etiā locuti ſunt angeli qui ſunt celi ciues. Dixerunt enī in ortu chriſti Luc. ij. Gloria in excelſis deo: ꝛ in terra pax. Tale etiā idyoma loquebātur diſcipuli: qꝛ dictū erat eis a xp̄o. Ma. x. ꝛ Luce. x. In quācunqȝ domū intraueritis dicite pax huic domui. ¶ Secūdo pax eſt encenīū xp̄i et ē p̄cioſius inter oīa alia iocalia. Cuiꝰ cauſa eſt: qꝛ illud p̄cioſum iocale legauit xp̄s apl'is in morte. Amici nāqȝ amicis dant ꝛ legant magis precioſa in fine. Et nota ꝙ xp̄s dedit pacem diſcipulis ſuis ꝛ amicis triplici iure: ſcȝ iure donationis inter viuos: iure vltimi teſtamenti: iure codicillorum. Jure donationis ꝛ teſtamenti dedit pacē qn̄ dixit Johā. xiiij. Pacem meā do vobis: pacē relinquo vobis. Jure codicillorū qn̄ poſt reſurrectionem quaſi firmando teſtamentū dixit Johā. xx. Pax vobis. ¶ Tertio pax eſt veſtigiū dei/ ꝛ certiſſima ꝛ breuiſſima ſemita. De qua dicit̄ puer. iij. Omnes ſemite illius pacifice. Et nota ꝙ huiuſmodi vie diuine ſunt tres diete vel ſemite: ſcȝ Pax interna/ que dicit̄ pax pectoris. Pax externa/ que dicit̄ pax temporis. Pax ſuperna/ que dicitur pax eternitatis. ¶ De dieta pacis interne dicitur ad Colloſen̄. iij. Pax chriſti exultet in cordibus veſtris.

¶ De dieta pacis externe dicitur ad Rom̄. xij. Si fieri poteſt q̄tum ex vobis eſt cū omnibus pacem habentes.

¶ De dieta pacis ſuperne dicit̄ Eſa. xxxij. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. ¶ Unde nota tria pacis ſubſidia ꝛ ad pacē ducentia vel inducentia: ſcȝ Conformitas Humilitas Tranquillitas. Conformitas cum deo/ humilitas cū p̄ximo/ tranquillitas in ſeipſo. ¶ Primo ergo iuuat ad pacem habendam/ conformitas voluntatis noſtre ad voluntatem diuinam: ſicut enim ſemper eſt in guerra qui nititur regi reſiſtere cui non poteſt aliquatenus preualere: ſic cōtinua pace gaudet qui voluntatē ſuam voluntati diuine cōformare ſtudet cui nihil valet reſiſtere. Ideo dicitur Job. ix. Quis reſiſtit ei ꝛ pacem habuit? quaſi diceret nullus. ¶ Secundo iuuat ad pacem habendam cum quis habet veram humilitatem. Nā vulgo dicitur duo groſſi in vno ſacco non poſſunt bene capi: ꝛ per contrarium humilitas facit mentes modicas ꝛ graciles: ꝛ per cōſeq̄ns adinuicem capaces. Unde dicit apoſtolus Ephe. iiij. Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.

¶ Tertio iuuat bonū pacis tranquillitas mētis: ſicut in lecto ſpinoſo null⁹ poſſet bene pauſare: ſic coꝛ inquietum nō poteſt verā pacē habere. Et ecōuerſo. ſicut homo bene pauſat in molli culcitra: ſic deus quieſcit in mente tranqlla. vnde dicit in pſal. In pace in idipſ dormiā ⁊ requieſcā. Et ibidē. In pace factus eſt locus eius. Et iterū. Manſueti hereditabunt terrā. Et ibidem in multis locis patet. Tertio notāda ſūt pacis contraria. Unde nota ꝙ triplex eſt pax. Pax eſt mala que eſt vere paci cōtraria: ſcʒ Pax inquinata. Pax ſimulata. Pax inoꝛdinata. ¶ Primo ergo eſt vere paci cōtraria pax inquinata. ⁊ dicit pax inquinata qn̄ coꝛda ſunt ad malū concoꝛdantia: talē pacē habuit pylatus cum herode. Cū eſſēt ante inimici/ facti ſunt in moꝛte chꝛiſti amici. vt dicit Luce. xxiij. De tali pace dicit pſal. zelaui ſuper iniquos pacē peccatoꝛū videns. ¶ Secundo eſt vere paci aduerſa pax ſimulata q̄lis fuit ſimulatoꝛis iude: q̄ oſculatus eſt xp̄m in ſignum pacis: ⁊ tradidit ip̄m iudeis vt dicit Mat. xxvj. De tali pace dicit pſal. Qui loquunt pacē cum pꝛoximo ſuo: mala autem in coꝛdibus eoꝛum.

¶ Tertio ⁊ vltimo eſt pax inoꝛdinata qn̄ maioꝛ obedit minoꝛi: vt pꝛelatus inferioꝛi/ vel ratio ſenſualitati. talis pax eſt deterioꝛ q̄ꝫ guerra. Talem pacē habuit adam cum eua vxoꝛe ſua: qui obediuit vxoꝛi ſue que erat ſibi potius ad obediendū ⁊ ad reddēdū cōmiſſa. Noluit eīn contriſtare delicias ſuas: vt dicit magiſter hyſtoꝛiaꝝ. De tali pace dicit ſalua. Mat. x. Non veni pacem mittere in terrā ſed gladium. Itē nota ꝙ quadruplex bellum in ſcriptura diſtinguit qđ paci aduerſat ⁊ per pacem ſedatur. Bellū eſt inter carnē ⁊ ſpiritum quod pacificat iuſticia. Bellū eſt iter hominē ⁊ deū quod pacificat iuſticia. Bellum etiā fuit inter hominē ⁊ angelum quod pacificauit filij īcarnatio benedicta. Bellum eſt inter hominē ⁊ pꝛoximum ſuum quod pacificat patiētia: ⁊ qꝛ pax eſt iſta fructuoſa ⁊ neceſſaria ideo ad eam obtinendā docet nos oꝛare pꝛopheta dicens in pſal. Rogate q̄ ad pacem ſunt hieruſalem ⁊c.

## ¶ De patientia. Ca. xlij.

De patientia que eſt octaua ⁊ vltima beatitudo notanda ſūt ſpecialiter quattuoꝛ ſcʒ Patientie teſtimonia. Patientie beneficia. Patientie exercitia. Patiētie adiutoꝛia. ¶ Patientie igitur teſtimonia ⁊ laudes eius. Primo ſunt tria notāda: ſcʒ qꝛ eſt pꝛudentiſſima/ ſtrenuiſſima/ ⁊ nobiliſſima. Pꝛudentiſſima ad regendū Strenuiſſima ad bellandū. Nobiliſſima ad regnandum. ¶ Primo igit patientia eſt ad regnandū pꝛudentiſſima Et nota ꝙ trib⁹ patet hoīs patientis pꝛudentia: ſcʒ Acquirendo Conſeruādo: ⁊ Multiplicando. ¶ Pꝛudens eī ſcit ſoluere oīa debita ſua de his q̄ nihil vident valere: ſcʒ de malis pene q̄ ſuſtinet vt deus remittat ſibi debitum culpe: ⁊ ſoluendo nihil expēdit de ſuo immo de his q̄ accipit ab īimico ſicut de oppꝛobꝛijs ⁊ cōtumelijs ſoluit quecūq; ⁊ q̄cquid debet deo/ ⁊ cū alienis ſe redimendo: ⁊ ſic acquirere gratiam in p̄ſenti ⁊ gloꝛiā in futuro. Et ideo dicitur Job. xxxvij. Ab aquilone aurū veniet quod patiens acquirit in tribulatione. ¶ Item patiētis pꝛudētia patet in cōſeruando: qꝛ cum perdit bona tēpoꝛalia retinet ⁊ claudit bona ſpiritualia ⁊ econtrario facit q̄ patientiam nō habet: q̄ aūt amittit bona exterioꝛa effundit eterna et bona exterioꝛa: et ſic auget capitale diaboli reſpondendo ad verba et ad contumelias inimici: et aſſociat hoſtem ſuum ne foꝛte vadat ſolus in infernū. Male igitur qui impatiens eſt cuſtodit diuitias ſuas q̄ cum aliq̄d perdit etiā reſiduum effundit. Ideo dicit puer. xix. Qui impatiens eſt/ ſuſtinebit damnum. ¶ Pꝛudentia etiā patientis patet in multiplicando: qꝛ ſputa ⁊ oppꝛobꝛia ſcit mutare in aurū ⁊ argentū ⁊ lapides p̄cioſos ipſe eni admodū vꝛſi q̄ verberib⁹ impi-

guatur ⁊ inſtar ſalamādre igne tribulationis vouetur: et ſicut aſin⁹ pūgitiuis paſcitur: ſicut ſtrutio comedit ferrū et oīa dura: ſicut piſcis marin⁹ creſcit in aqua ſalſa et amara id eſt tribulationibus et paſſionibus: ⁊ tantā ſcit in negocio habere induſtriā: vt p hoſtes ſuos faciat ſibi fabricare coronā vt dr i pſal. Supra dorſum meū fabricauerūt peccatores. Magna eſt igiť prudentia patientis ꝙ tā prudēter ſcit acquirere cōſeruare ⁊ multiplicare bona ſua.

¶ Secundo patientia eſt ad bellandū ſtrenuiſſima: qr dr Prouer. xv. Melior ē patiens viro forti. Et nota ꝙ ſtrenuitas patientis patet in trib⁹: ſcilicet ſi attendas pugnātis animū: pugnādi modum: pugnandi ſcutum. ¶ Primo ergo patiens habet animum valde ſtrenuū qr plus vult pugnare ꝙ̄ pauſare. Glorioſius et generoſius eſt militi ſtare in bello ꝙ̄ in balneo: eſſe in cāpo cuꝫ rege / ꝙ̄ in lecto cuꝫ muliere: certari in pugna ꝙ̄ delectari in menſa et portare arma regis ꝙ̄ fimbrias mulieris. vnde dicit apl's Ad gal. vj. Ego eīn ſtigmata dñi ieſu i corpore meo porto. ¶ Secundo patiēs habet in pugnādo modū valde ſtrenuū. Ipſe eni ſine fuga euadit / ſine ictu teli recedit / ſine repcutiōe vincit / ⁊ adeo eſt i pugnādo ſtrenu⁹ ꝙ cōtra hoſtem nō leuat feſtucā de terra vnde diciť in pſal. Cōfregit potentias arcū ſcutū: gladiū et bellū. ¶ Tertio patiens in pugna hꝫ nobiliſſimū ſcutū Et nota ꝙ ſcutū patiētie dꝫ eē triāgulū. In inferiori eni angulo dꝫ eē timor ſupplicij: in dextro amor xrini in ſiniſtro paſſio xpi. Iuxta illud Treno. iij. Dabo eis ſcutū cordis laborē tuū. Et j. Petri. iiij. Chriſto igiť in carne paſſo: et vos eadē cogitatione armamini et hoc ſcutū ſuſtinet oīa tela ⁊ ſpecialiter tria. ſ. dānū rerū / moleſtias corpoꝝ ⁊ ꝯtumelias ꝟborū. Cū hoc ſcuto dñi correctiōes ei⁹ ſuſtinēdo vincit diabolū ei⁹ tentatiōes euadēdo ſāctificat ſemetipm / carnis afflictiōes et paſſiōes corporis tollerando. De ſtrenuitate patiētis dicit apl's Ad hebreos. xij. Per patientiam curram⁹ ad propoſitū nobis terminū. ¶ Tertio patiētia eſt ad regnādū nobiliſſima: qr diciť Mat. v. Beati qui perſecutionē patiūť ꝓpter iuſticiam: qm̄ ipſorum eſt regnū celoꝝ. ¶ Et nota ꝙ homo pacificus pōt dici rex precipue propter tria: ſcꝫ quia regali dñio oībus dominatur: qr ad regale prādiū inuitatur: quia ſibi regale ferculum miniſtrať. ¶ Primo eni homo patiēs rex diciť qr habet regale dñiū in oīb⁹. Nā patiēti ſeruiūt oīa q̄ alijs ſunt nociua vt ſterilitas agroꝝ implēt ſibi cellariū: hoſtes fabricant ſibi coronam: febres parant ⁊ medicinā: mors aperit ſibi carcerē ad euadendū miſeriā ignis qui domos incendit alijs ſibi cōfert paululū vel conſtituit in celis palatiū: ⁊ ſic verificať verbū apoſtoli. Rom. viij. Scim⁹ quoniā diligētibus deum oīa cooperanť in bonum. ¶ Secūdo patiens inuitať a deo ad regale prandiū et nō ſolū inuitať / ſed etiā trahitur nec ſolū trahiť immo veſtis eius vt veniat lacerať. Unde nota ꝙ triplex ē ſignū ꝙ inuitās ex corde inuitet amicum ſcꝫ trahendo / vocando / rūpendo. Magnū ſignū eſt qñ efficaciter eū inuitat ſiue vocat: per predicatoris ꝟbū: alios per tactum inſpirationis / ſed patientes quos ſumme diligit per rupturam tribulationis. vnde dicitur Luce xiiij. Compelle eos intrare ſcꝫ patientes vocando / trahendo et rumpendo. ¶ Tertio patiēti miniſtrať regale prādiū vel ferculum. Talia nāq; fercula guſtauit xps qui eſt rex regū. ſ. tribulationes / perſecutiones / penurias / paupꝫtates / dolores / paſſionē et mortē. Unde dixit filius zebedei. Mat. xx. Poteſtis bibere calicē quē ego bibitur⁹ ſum ⁊c. Et ſicut magna incurialitas reputatur q̄ reſpuit cibum quē rex mittit ſibi ad bibendū poſt ipſum: ſic magna ingratitudo eſt calicem tribulationis reſpuere quē amore noſtri xps voluit primo guſtare: imo ſicut vinū quod de ſe ē forte ⁊ durū tranſiēdo per gariophilos ⁊ ſpecies aromaticas efficiť nectar dulciſſimum: ſic tribulationes mundi

dulceſcūt ſi per memoriā paſſionis xp̄i tranſeant. Unde dicit ſponſa. Cātico℞ viij. Dabo tibi poculū ex vino cōdito Uinū cōditū ad litterā dr̄ nectar: et ſignificat vinū mūdane tribulatiōis ↄditū dulcif dulci meōria paſſiōis xp̄i qḋ nobis ↄcedat ipſe dei filius q̄ eſt bn̄dictus in ſecula. Amē. ¶ Octaua dieta.

## ¶ De fructibus ſpiritus.

Poſt tractatū de beatitudinibus: ſequitur tractatus de fructib⁹ ſpiritus ⁊ iſta eſt octaua dieta ſalut;. ſ. a btitudib⁹ ad fruct⁹ ſpiritus peruenire: quia beatitudines faciunt operari vel ambulare ſimpliciter et pfecte: fruct⁹ autem ſuauiter et dlicioſe. Sūt iſti fructus duodecim quos enumerat ap̄l's ad Gal'. v. Fructus aūt ſpūs eſt charitas/gaudiū/pax/patiētia/benignitas/bonitas/longanimitas/māſuetudo/fides/modeſtia/ↄtinētia/caſtitas. Prio igit̄ int̄ iſtos fruct⁹ dicēdū eēt de charitate: ſ; q2 i tractatu de ꝟtutib⁹ de ipa dctm̄ ē: io hic nihil ad pn̄s eſt dicēdū.

## ¶ De gaudio ſpirituali.

Capitulum. xliij.

Secundo loco poſt fructū charitatis dicendū eſt de fructu gaudij ſpiritualis. de quo dicēda ſūt pauca ⁊ ſpecialiter tria. Prio qualit ſpūale gaudiū eſt a mūdi gaudio ſeparatū. Secūdo qualiter eſt a celi gaudio deriuatū. Tertio qualiter eſt a celeſti gaudio pigmentatum. ¶ Primo igitur gaudium ſpirituale eſt a mundi gaudio ſeparatū et diſtinctū. Uñ ſciēdum eſt ꝙ quattuor ſunt differentie inter ſpirituale gaudiū et mūdanum.

¶ Prima differentia eſt puritas ⁊ impuritas. Gaudiū eni ſpirituale eſt puriſſimum: et ideo fortius eſt ad inebriādum ad diligendum deū: ſicut videm⁹ ꝙ vinum purum citius inebriat q̄ limphatum. Iſtud vinū ſpiritualis gaudij fit de botro cypri. i. de ſanguine xp̄i expreſſo in crucis torculari: ſicut dicitur in Canti. Botrus cypri dilect⁹ me⁹ mihi. Gaudiū vero mūdanū: ſicut vinum cum aqua mixtum ad inebriandū debiliſſimū et inſipidum: de quo dicitur Eſa. j. Uinum tuū mixtū eſt aq̄. Quia vt dicit Boeti⁹. Dulcedo felicitat; humane multis amaritudinib⁹ eſt reſperſa. Et notandū ꝙ gaudiū humanū cu; duobus eſt admixtum/ſc; cū remorſu cōſcientie/et ſollicitudie cruciāte. Remorſus ↄſcientie eſt ſicut infirmitas q̄ dr̄ regius morbus que rodit carnem: ⁊ eſt magnarū expenſarū. Unde dicitur regi⁹: quia oportet ꝙ ex gallinis ⁊ alijs delicatis carnibus morbus ille paſcat̄ que ſuper locum morbi ponuntur/ne caro totaliter conſummatur: q̄tūcūq3 tū caro paſcatur/tamen plus cōſūmit̄ a morbo/q̄ ſuſtentetur a fomēto. Ita in gaudio mundi plus cruciat remorſus conſcientie: q̄ delectet dulcedo iocunditatis tranſitorie et mundane.

¶ Scd'm gaudium mundanū eſt mixtum cum ſollicitudine cruciāte. Sollicitudo eni auget cruciatum: quia vt dicit Bernardus. Diuitie mūdane cū labore acquiruntur/cū timore poſſidētur/cum dolore amittūtur. Unde verſus. Diues diuitias non ↄgregat abſq3 labore. Non tenet abſq3 metu/nō deſinit abſq3 dolore. ¶ Secūda differētia ſpiritualis gaudij eſt ↄtinuitas ⁊ diſcōtinuitas. Spirituale gaudiū eſt continuū et ſecu℞. vnde dicit̄ Prouer. xv. Secura mens quaſi iuge conuiuium. Gaudium vero mundanū eſt breue et tranſitorium: quia vt diciur Job. xx. Gaudium ypocriti: inſtar puncti: ypocrita dicitur iſte mūdus: quia ypocrita licet interius ſit corruptus: exterius tamen apparet bonus: ita mundus in veritate malus ⁊ fetidus interius: exterius tamen eſt florid⁹ et venuſtus et ideo gaudium eius eſt ſolum quaſi pūctus inſtar puncti non habens lōgitudinem perſeuerantie/nec latitudinem amicitie/nec profunditatem bone conſcientie: ſicut punctus qui caret longitudine quā habet linea/ et latitudine

quā habet ſuperficies/ꝛ profunditatē quam habet corpus. ¶ Tertia differē tia ſpiritualis gaudij ꝛ mundani eſt di gnitas et indignitas. Gaudium enim ſpirituale eſt de rebus valde dignis: qꝛ de deo ꝑcipue et de reb⁹ diuinis. vnde dicit apoſtolus Phil. iiij. Gaudete in dn̄o ſemper ꝛc. Gaudium vero mūdi eſt de rebus indignis: et precipue ſicut de voluptate carnis: de qua dicit ſeneca. Voluptas eſt mēbꝛoꝝ viliū ꝛ turpiū miniſtratio veniens ex exitu fetido Et aug. dicit ꝙ ſeculi leticia eſt ſpūnita nequitia videlicet luxuriari in ſpectaculū vagari/ ebꝛioſitate impīguari/ turpitudīe fetere ꝛ mali nihil pati. De quo gaudio turpiſſimo dicit̄ ꝓuer. iij. Stultoꝝ exultatio ignominia.

¶ Quarta differentia ſpūalis gaudij et mundani eſt ſalubꝛitas et noxietas Gaudiū enī ſpirituale eſt ſalubꝛe ꝛ ſtudioſum tripliciter: quia facit carnē deſpicere. Guſtato enim ſpiritu deſipit oīs caro: vt ait Aug. Secūdo facit diabolum vincere: quia vt dicebat ſanct⁹ anthonius. Unica ratio vincendi diabolum eſt leticia ſpiritualis. Tertio facit mundū cōtēnere: quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Ideo q̄ gaudet de deo/ triſtatur de mūdo. ¶ Tertio ſpirituale gaudiū eſt a celeſti gaudio deriuatū. i. a donis celeſtibus. Unde notādum eſt ꝙ quinq̧ ſunt bona celeſtia a quibus eſt ſpūale gaudiū diriuatum. ſ. ſpiritualis puritas: ſpiritualis trāquillitas: ſpiritualis ſanitas: ſpiritualis libertas: ſpiritualis confoꝛmitas. ¶ Pꝛimū a quo cauſat̄ ſpirituale gaudiū eſt ſpiritualis puritas. Animus enī generoſus libentius quieſcit in lecto conſcientie quando eſt mund⁹ q̄ꝫ quando eſt īmūdus. Nam naturaliter homo appetit mundiciā. Pꝛopterea dicit ſponſa in Canti. j. ca. Lectul⁹ noſter floꝛid⁹. ¶ Scd̄m a q̄ cauſat̄ ſpirituale gaudium eſt ſpūalis ſanitas: ſicut videm⁹ ꝙ naturaliter nō ē gaudiū ſi coꝛp⁹ eſt infirmū. vnde dicitur ꝓuer. xvj. Dulcedo anime eſt ſanitas oſſium id eſt virtū anime. Et Eccleſiaſtici. xxx. Non eſt cenſus ſup cenſum ſalutis coꝛpoꝛis: nō eſt oblectamētū ſuper coꝛdis gaudiū. Tertiū a quo diriuatur ſpūale gaudiū: ē ſpiritualis libertas. Peccatoꝛ eñ eſt ſicut homo captus et ligat⁹ ad bene operandum ineptus. vnde dr̄ Pꝛouer. v. Iniquitates ſue capiūt impium: ſed aduenīente ſpūſancto/ libertas cauſat̄ in aīa: iuxta illud apoſtoli. ij. coꝛ. iij. vbi ſpirit⁹ dn̄i/ ibi libertas ¶ Quartum a quo ſpirituale gaudiū cauſatur eſt ſpiritualis trāquillitas. Itaq̧ in hoc mundano gaudio ſunt diuerſarū cogitationū tumult⁹ ꝛ diuerſarū affectionū cruciatus: conſciētie remoꝛſus. Quidā vero crucīant̄ cupiditate in acquirendo: quidam timoꝛe in cuſtodiendo: quidam doloꝛe in amittēdo. Iſto gaudio humano quidā cruciant̄ ira: quidam inuidia: ſed animus ſpirituali gaudio plen⁹ quietus eſt et iocundus et quaſi quidam lectus nobiliſſimus. Uidemus enim ꝙ in lecto molli et quieto: libenti⁹ homo quieſcit q̄ꝫ in lecto ſpinoſo. Iſte eſt lectus floꝛidus in q̄ q̄eſcit ſpōſus ꝛ ſpōſa in cātic; De iſta q̄ete gaudij ſpūalis dicit Grego. Scti q̄ nihil hui⁹ mūdi appetunt/ nullis coꝛde tumultib⁹ cōpꝛimunt̄. Et Aug. dicit. Qui biberit de flumine paradiſi cuius vna gutta eſt maioꝛ oceano: reſtat ꝙ in eo ſitis hui⁹ mūdi extinct⁹ ſit. ¶ Quītū a q̄ cauſat̄ ſpirituale gaudiū: ē ſpūalis ꝯfoꝛmitas. ſ. cū volūtate dei: qꝛ cū volūtas hūana volūtati diuine ꝯfoꝛmat̄: nihil ei repugnat: ꝛ ſic volūtas dei ī oīb⁹ īplet̄. iuxta illd̄ pſal. Oīa q̄cūq̧ voluit dn̄s fecit. Hec aūt maioꝛ dilectio ꝛ maius gaudium ē qd̄ poſſit eē: oīa ad nutum hr̄e: ꝛ nihil ei repugnare. Etiā ignis gehēne facil' eēt: ſi volūtas illū acceptaret. Qui igit̄ ſūt volūtati diuine ꝯfoꝛmes ſūt q̄ſi dij: ſue volūtat' oīpotētes. Exēplū de q̄dam ſctō p̄re q̄ ſciebat flere q̄ncūq̧ volebat. ¶ Sextū ꝛ vltimū ſpūale gaudiū ē a celeſti gaudio pigm̄tatū: ꝯficit̄ iſtar nectar: ſpēb⁹ celeſtib⁹: ꝛ gariophilis. Unī notandū eſt deuote ꝛ diligenter ꝙ triplex eſt genus nectaris: ſcilicet nectar dominice paſſionis: nectar v̄tuoſe opatiōis: nectar et̄ne fruitiōis vl' felicitat'.

¶ Primū ē nectar dñice paſſiōis: qđ eſt dulciſſimū ⁊ aīe deuote inebriatiuū. Et notandū ꝙ in hoc nectare bñdicto quattuor apponunt̄.ſ. vinū illud myrrhatū quo xp̄s fuit potatus. Pro gariophilis ſunt claui poſiti quib⁹ xp̄us fuit confixus. Pro cynamomo fuit lignū crucis/in quo fuit ſuſpēſus. Pro zuchara eſt ibi dulciſſima charitas et mīa qui pro nobis tractus fuit paſſus ⁊ mortuus. De iſto nectare dicit ſpōſa in canticis. Dabo tibi poculum ex vino condito. ¶ Scđm nectar eſt virtuoſe operationis. Habet pro vino charitatē dei ⁊ ꝓximi: et pro gariophilis clauos pungitiuos confeſſionis peccati. Pro cynamomo planctus oſtenſiuus recognitionis peccati/ pro zuchara habet dulcedinē pietatis ⁊ boni operis. De iſto nectare dicit ſponſa in cāticis. Bibi vinū meū cum lacte meo. Vinū dulce et lac eſt mundū: quia bona volūtas hꝫ iſta duo.ſ. dulcedinē veritatis vl' pietatis ⁊ gratie/et mundiciā conſcientie De iſto gaudio dicit̄ Eccl'iaſtici.xxx. Nō ē oblectamētū ſup cordis gaudiū ¶ Tertiū eſt nectar eterne fruitionis vel felicitatis ꝙ angelicum et iocūdiſſimū eſt: ⁊ ideo facit beatos cōtinue cātare ſanctus ſctūs ſctūs dñs deus ſabaoth ⁊c. Sicut videmus ꝙ nectar in cōuiuijs facit cōuiuias choreas ducere et cantare/ſic ⁊c. Iſtud nectar cōficitur ex quattuor. Habet enim ꝓ vino puritatē diuine viſionis: pro gariophilis habet venuſtatem dominice paſſionis: pro cynamomo habet firmitatem eterne donationis vel fruitionis: pro zuchara vl' pro melle: habet dulcedinē vl' ſuauitatem eterne fruitiōis. De iſto nectare dicitur in canticis. Bibite et inebriamini amici mei chariſſimi. Iſtđ eſt ſpirituale gaudiū a celeſti gaudio pigmentatum de quo dicitur in Matheo.xxv. Intra in gaudiū dñi tui.

Tertius fructus eſt fructus pacis: ſed quia de iſto fructu tractatū eſt in beatitudinibus in ſeptima beatitudine: ideo de ipſo nihil amplius eſt hic dicendum.

Quartus fructus eſt patiētia de qua ſimiliter dictū eſt ī tractatu de beatitudinibus cum dicebatur de octaua beatitudine.

## ¶ De longanimitate.

Capitulum.xliiij.

Quintus fructus eſt longanimitas vel perſeuerantia de qua etiam notāda ſunt tria. Primū eſt ꝙ laudabiliter cōmendatur. Secundū eſt ꝙ efficaciter operat̄. Tertiū eſt ꝙ ſingulariter coronatur. ¶ Primo igit̄ cōmendatur perſeuerātia: qr deus pſeuerauit quouſqꝫ fecit op⁹ ſue creationis. Iuxta illud Gen̄.ij. Cōpleuit deus die ſeptimo opus quod fecerat: xp̄s pſeuerauit quouſqꝫ pfecit op⁹ noſtre redemptionis. quia dicit̄. Joh. xvij. Opus conſummaui quod dediſti mihi vt faciā. Sancti perſeuerauerūt quouſqꝫ pfecerūt opus ſue perfectiōis In quorū pſona dicit apl's.ij. Thim. iiij. Bonū certamen certaui/curſū conſummaui/fidem ſeruaui. ¶ Scđo perſeuerantia operat̄ efficaciter. Vñ notandum ꝙ triplex eſt perſeuerantie affectus. nam perſeuerantia perficit inchoata: impetrat poſtulata: ſeruat acqſita. ¶ Primo igit̄ perſeuerantia perficit inchoata/⁊ nihil imperfectū relinquit: etiam ſi robur deficit: ſicut videmus ꝙ muliercule ꝗtūcūqꝫ ſenilis etatis laborando et perſeuerando ⁊ continuādo perficiūt laborē ſue peregrinationis: et ſicut videm⁹ ꝙ natura continue operādo ex modica radice vel nuce facit arborem mire celſitudinis: ⁊ ſicu videmus ꝙ gutta aque ꝗuis ſit res valde mollis/continue cadendo cauat lapidem robuſte ſoliditatis. Et ideo dicitur Iudicū.xviij. Nolite negligere/ nolite ceſſare. ¶ Scđo perſeuerantia ipetrat poſtulata: ſicut maria magdalena perſeuerādo vidit reſurrectionem xp̄i: ſicut apl'i perſeuerādo in orōne acceperūt donum ſpirituſſancti. vt dicit̄ Actuū.ij. Et ꝓpterea dicit̄. Luce.xi. Si perſeuerauerit pulſans: ⁊ ſi non da-

bile eo q amicus eius ſit: propter im-
probitatē tamen eius ſurget & dabit ei
quotquot habz neceſſarios. ¶ Tertio
perſeuerātia ſeruat acquiſita: ſicut vi-
dem⁹ q ignis ſeruat ꝯtinue miniſtran
do ligna. Et ꝑpterea dicit Aug. Per-
ſeuerātia eſt magnū donū dei quo do
na conſeruant. ¶ Quarto pſeuerātia
coronat ſingulariter. vnde ait Ber. q
alie virtutes coronā merentur: ſed ſola
perſeuerātia coronat. Et notandū q i
ſcriptura quadruplex inuenitur & lau-
dat corona. Eſt em̄ corona pudicicie
virginalis: & hec eſt florea: & debet vir-
ginib⁹. vnde pſal. Gloria & honore co-
ronaſti eū. Dicit de ſponſo virginum.
Secūda corona eſt ſapiētia magiſtra-
lis: et hec aurea eſt que debet doctori
bus. Eccli. xlv. Corona aurea ſup mi-
tram eius. Tertia corona eſt pſeueran
tia triūphalis: et hec eſt gēma que de-
betur martyribus et omnibus perſeue
rantibus. pſal. Poſuiſti dn̄e in capite
eius coronam de lapide precioſo. Et
apoſtolus. j. Cori. ix. Omnis enim qui
in agone contendit: ab omnib⁹ ſe abſti-
net: et illi quidem corruptibilem coro-
nam accipiant: nos autem incorruptū
Quarta corona eſt glorie immortalis
& hec eſt ſtellea que debetur felicibus
Apo. xij. In capite eius corona duode
cim ſtellarum. Corona ſtellea eſt felici
tas eterna de quibus dicetur infra in
vltima dieta vbi tanget de gloria para
diſi. Hac corona coronant perſeueran
tes: quia vt dicit ſaluator. Qui perſe-
uerauerit vſq in finem ſaluus erit.

Sextus fructus eſt fruct⁹ bonita
tis: de iſto fructu actū eſt in tra-
ctatu de beatitudinibus in capitulo de
mia: & ideo de ipſo nihil ē dicendū niſi
q quattuor ſunt de qb⁹ bonitas predi-
cat. Eſt em̄ bonitas nature ꝯgregātꝫ/
fortune adorātis/ grē reformātis/ glie
quietantis. de qb⁹ dr̄ Gen̄. j. Vidit de⁹
cūcta q̄ fecerat ſcz bona nature/ bona
fortune/ bona grē/ bona glorie/ et erant
valde bona.

## ¶ De benignitate. ca. xlv.

Septim⁹ fructus eſt fruct⁹
benignitatꝫ. De iſto fructu
ſimiliter dictū eſt i tracta-
tu de beatitudinibus in ca
pitulo de miſericordia: et
ideo nihil ad pn̄s dicēdū ē de ipſo niſi
q quattuor ſunt que ad benignitatem
nos inducunt: ſcz preceptum quod in-
ducitur vel imponitur: exemplum qd
proponitur: ſupplicium quod euadit:
ſtipendium vel premium quod acqui-
ritur. ¶ Primo debet nos mouere ad
benignitatem preceptum quod a chri-
ſto inducitur vel imponitur. vnde dici-
tur Luc. vj. Eſtote miſericordes: ſicut
pater veſter miſericors eſt. ¶ Secun-
do debet nos mouere exemplum quod
ab ipſo proponitur de ſamaritana.
¶ Tertio debz nos mouere ſuppliciū
inferni quod euadit: q2 iudiciū ſine mi
ſericordia fiet illi qui non fecerit miam
¶ Quarto mouet nos premiū quod i
celo acquiritur. vnde in Mat. v. Bea-
ti miſericordes &c.

## ¶ De manſuetudine.

Capitulum. xlvj.

Octauus fruct⁹ eſt fruct⁹
manſuetudinis de quo ſu-
pra dictum eſt in tractatu
de beatitudinibus in capi
tulo de mititate: ideo de
ipſa parū eſt hic dicendū. Et breuiter
eſt notandum q manſueti clarius in-
formantur: rarius impugnantur: alti⁹
eleuantur: amplius venerantur.
¶ Primo igit manſueti clarius infor
mant exēplum de diſcipulis. vnde Ia
cobus in canonica ſua. In manſuetu-
dine ſuſcipite inſitum verbum.
¶ Secūdo māſueti rarius ipugnant
ſicut em̄ videmus cōiter q nō ipugnan
tur niſi caſtra alta & alti⁹ eleuata: ſic ēt
videmus q leo & canis non inuadunt
hominē ſi inueniant ipſum iacentem vl
ſedentem ſupra terram. vnde pſal. Mā
ſueti hereditabunt terram: et delecta-
buntur in multitudine pacis.
¶ Tertio altius eleuant: ſic patet de
chriſto q venit ad nos manſuet⁹. Mat.

xxj. ſicut patet de beata virgine ⁊ multis alijs. vnde pſal. Exurget in iudicio deus ⁊ ſaluet omnes mãſuetos terre.

¶ Quarto manſueti amplius honorãtur. Exemplum habemus a chriſto de recũbere in nouiſſimo loco. vnde pſal. Suſcipiet dñs manſuetos.

## ¶ De Fide. Cap. xlvij.

Nonus fruct⁹ eſt fides de quo dictum eſt in tractatu de virtutib⁹ in capitulo de fide: et ideo nihil aliud eſt dicẽdũ: niſi ꝙ fides ẽ ſicut fundamentũ ad ſuſtinẽdũ: ſicut armatura ad euadendum: ſicut argumẽtũ ad cõcludendũ: ſicut inſtrumentũ ad aſcendendũ. ¶ Primo igiť fides eſt ſicut fundamentũ ad ſuſtinẽdũ. Sicut eñi videm⁹ ꝙ natura qñ vult ꝓducere plãtã primo ponit radicẽ: ſiľr qñ domificator facit domũ: primo ponit fũdamentũ. Similiter in moralibus ſi aliqͥs velit edificare bona opa dꝫ ſupponere fidem que eſt vt petra duriſſima ⁊ toti⁹ ſpũalis edificij fundamentũ. Et iõ dixit dñs petro. Mat. xvj. Super hãc petrã edificabo eccleſiã meã. Et nota ꝙ dixit ſup hanc: qꝛ fũdamẽtũ aliđ nẽo põt ponere: niſi illud qđ poſitũ eſt xp̄s ieſus. j. Cor. iij. Et iõ ſi qͥs edificat: ſup illud fundamẽtũ edificet qꝛ ait ap̄lus. Sine fide ipoſſibile eſt placere deo.

¶ Scđo fides ẽ armamẽtũ ad euadẽdũ: eſt eñi ſicut ſcutũ militare: ſcutũ autẽ militare hꝫ ſupficiẽ ⁊ tres angulos: ⁊ portať a parte ſiniſtra ꝯ aduerſariũ/ ⁊ a parte cordis ad ꝓtegẽdũ ipm: ⁊ ratione ſigni hꝫ rep̄ſentare deũ: ſic reuera fides catholica eſt ad repellendum aduerſariũ cũ trib⁹ caternis ad ꝓtegẽdũ animũ cũ trib⁹ potẽtijs ad cõfitẽdũ deũ i trib⁹ pſonis. vñ ait ap̄ls. Ephe. vj In omnibus ſumentes ſcutũ fidei ⁊c.

¶ Tertio fides ẽ ſicut argumẽtũ ad cõcludẽdũ nõ ſicut argumẽtũ dyalecticũ qđ procedit ex ꝓbabilibus: aut ſicut argumẽtũ tentatiuũ: qđ ꝓcedit ex his q̃ videnť probabilia ⁊ nõ ſunt: ſꝫ eſt argumẽtũ apotheticũ. i. faciẽs ſcire. Nũqͣ eñi aliqͥs ſapiens per ſuã ſciẽtiã potuit peruenire ad tantã ſcientiam de deo ⁊ creaturis: ad quantã venit ſimplex piſcator petr⁹: cũ dixit. Tu es chriſt⁹ fili⁹ dei viui. Unde per iſtud argumẽtum probatur vnitas diuine eſſentie/ trinitas perſonarum/ vnitas prime cauſe/ ⁊ multiplicitas creaturarum/ pietas miſericordie/ multiplicitas gratiarum: ⁊ multa alia q̃ xp̄us et eius diſcipuli per iſtud argumentũ demõſtrabant. Nam per illud argumentũ ꝓbatur demonſtratiue illuminatio cecorum/ ambulatio claudorum/ auditus ſurdorũ/ locutio mutorũ/ erectio ſiue extenſio aridorum/ ſuſcitatio mortuorum. Et ideo dicebat chriſtus in Mat. Si opera non feciſſet in eis que nemo alius fecit peccatum nõ haberent. Et ideo volẽs apoſtolus diffinire fidem ait. Fides ẽ ſubſtantia rerum ſperandarũ argumentũ non apparentium. Heb. xj.

¶ Quarto fides eſt ſicut inſtrumẽtũ adſcãdendum: videmus eñi ꝙ naturaliter omnis res habet locum propriũ ad quẽ naturaliter tendit per ſuam naturam: ſicut grauia habent locũ deorſum ad quẽ per naturam grauitatis naturaliter deſcendũt. Leuia autem habent locum ſurſum: ad quem per naturam leuitatis naturaliter aſcendunt. Homo cũ ſit omniũ creaturarũ corporalium nobilior: habꝫ locum ſuper omnia corpora: ad quẽ locum ante peccatũ poterat per gratiã aſcendere: q̃uis non poſſet per naturã totaliter/ ſed propter peccatũ gratia fuit ſibi ablata et natura totaliť ſauciata: ⁊ ideo ad hoc poſſit ad locum propriũ remeare indiget inſtrumento quodam: quod inſtrumẽtũ null⁹ p ſuã ſapientiã vel vitã potuit fabricare pter xp̄m: q̃ fabricat⁹ eſt auroram ⁊ ſolẽ: iõ oẽs q̃ ſaluati ſunt p miſteriũ ipſi⁹ xp̄i. ſ. p fidẽ ſaluati ſũt: q̃ quidẽ eſt velut vna ſcala per quã ad celũ aſcẽdiť cõtinẽs duodecim grad⁹ . i. duodecim articulos p ap̄los declaratos iuxta nũerũ duodeci celorũ icipiẽdo ex aere q̃ celũ dꝛ vſqꝫ ac celũ empireũ: in q̃ duodenari⁹ nũer⁹ terminať.

Latera aũt iſti⁹ ſcale ſunt diuinitas et humanitas. Iſta aũt ſcala fuit ꝑ xp̃m deũ ⁊ hoĩem fabricata: ſ; nobis fuit ꝑ duodeci aplõs reuelata. Iſta ẽ ſcala quã vidit Iacob pr̃iarcha cui⁹ cacumẽ ꝑtingebat ad celũ: cui ẽt dñs erat inixus ꝑ quã aſcẽdebãt angeli et deſcẽdebãt. De iſta ſcala dicit Aug. i ſmone aſcẽſionis. Aſcẽdam⁹ interim corde .i. fide vt cum dies promiſſus aduenerit: ſequamur i corpe. ❡ De modeſtia.

Decimus fruct⁹ ẽ modeſtia. de iſto fructu in tractatu de tẽperantia dictũ eſt: et ideo ad p̃ns nihil eſt dicendum. ❡ De continentia.

Undecimus fruct⁹ eſt ꝯtinẽtia. de iſto fructu in tractatu de ꝯſilijs i capitulo de caſtitate ſilr̃ dictum eſt.

❡ De caſtitate.

Duodecim⁹ fructus eſt caſtitas. de iſto fructu ſimiliter i tractatu de conſilijs dictũ eſt in ca. de caſtitate et ideo de eo non eſt amplius dicendũ.

Nona dieta.

## ❡ De generali iudicio.

Capitulum. xlviij.

Poſt tractatũ de fructib⁹ ſp̃us ſancti. de generali ⁊ vltimo iudicio ẽ dicẽdũ. Iſta eſt nona dieta. ſ. a fructib⁹ bonorũ operũ venire ad iudiciũ extremũ. De generali iudicio quattuor ſpecialiter ſunt notãda: ſc; ſigna q̃ p̃mittẽtur: ſcripta q̃ aperient̃: v̾ba q̃ dicent̃: facta que ſequent̃. ❡ Signa que premittẽtur erunt ſicut quedã peremptoria citatio. ❡ Scripta. ſ. libri q̃ aperientur: erunt ſicut quedam acta ⁊ ꝓceſſus recitatio: ⁊ teſtiũ publicatio. ❡ Verba q̃ dicent̃: erũt ſicut q̃dã ſnĩe ꝓmulgatio ❡ Facta que ſequent̃ erunt ſicut quedam late ⁊ ꝓmulgate ſnĩe executio.

❡ Primo igit̃ p̃cedent illud iudiciũ, vt d; Marci. xiij. Signa ſicut q̃dã citatio peremptoria: que ſigna dicit Hieronim⁹ ſe reperiſſe in hiſtorijs hebreoꝝ.

❡ Prima die eriget ſe mare quindecim cubitis ſuper altitudinem montiũ ſtans in loco ſuo quaſi murus.

❡ Secunda die deſcẽdet ita ꝙ vix poterit videri.

❡ Tertia die piſces ⁊ marine belue apparẽtes ſuper mare: dabunt mugit⁹ vſq; ad celum.

❡ Quarta die ardebit mare et aqua.

❡ Quinta die herbe et arbores dabũt rorem ſanguineum.

❡ Sexta die ruent edificia.

❡ Septia die petre adinuicẽ collidentur ⁊ in octo ptes ſcindent̃: et vna q̃q; pars collidet aliam: et non ſciet homo ſonum illum/ ſed tãtum deus.

❡ Octaua die fiet g̃nalis t̃remot⁹/ q̃ tãtus erit: vt d; ꝙ null⁹ hõ v̾l aĩal aliq̃d ſtare poterit ⁊ ad terrã oĩa ꝓſternent̃.

❡ Nona die cõquaſſabit̃ tota t̃ra: ⁊ oẽs montes ⁊ colles in puluerẽ redigentur.

❡ Decima die exibũt homines de cauernis terre ⁊ ibũt velut amentes: nec poterunt ſibi mutuo loqui.

❡ Undecia die reſurgẽt oĩa oſſa mortuorũ: et ſtabũt ſup ſepulchra: oĩa ei ſepulchra apient̃: vt mortui exire valeãt.

❡ Duodecima die cadent ſtelle de celo. In hac eñ duodecima die dicit̃ ꝙ aĩalia cũcta venient ad cãpos mugientia/ nõ guſtantia/ nec bibentia.

❡ Tertiadecia die morient̃ hoĩes viuẽtes: vt cũ mortuis reſurgant.

❡ Quartadecia die ardebit celum ⁊ terra: ⁊ ſuperficies terre ⁊ aeris.

❡ Quitadecia die fiet celũ nouum: ⁊ t̃ra noua ⁊ reſurgẽt mortui ſm̃ v̾tutes: merita ⁊ demerita recepturi. Iſta eñ ſigna erũt ſicut dcĩm ẽ q̃dã peremptoria citatio ⁊ t̃ribil̾ cũ executiõe ſnĩe ſine oĩ excuſatiõe ad iudiciũ vocatio ⁊ ꝑconiʒatio. vñ dr̃ apl̾s. i. Theſſalo. iiij. Ipſe dñs i iuſſu: ⁊ voce archãgeli ⁊ in tuba dei dſcẽdet de celo. De iſta t̃ribili citatiõe dr̃ hieronym⁹. Siue comedã ſiue bibã ſiue aliq̃d aliđ faciã ſp v̾r ſonare illa terribil̾ tuba i auribus meis. Surgite mortui venite ad iudicium. Et Iob. xxviij. q̃d faciã cũ reſurgã ad iudiciũ.

¶ Secũdo ĩ illo tremẽdo iudicio aperietur ſcripta ſicut quedã acta. Et nota ꝙ ibi aperient̃ tria ſcripta ſolẽnia et autentica: ⁊ ſine omni calũnia: ſcꝫ liber paſſionis dominice: liber cõſcientie: liber vite. ¶ Primo aperientur q̃ſi q̃dã acta. ſ. liber paſſionis dñice ĩ quo ſunt ſcꝫ crux: claui: lancea: corona ſpinea: ⁊ ĩ carne chꝛiſti cicatrices ⁊ xp̃i vulnera vt dicit Criſoſto. ⁊ nõ erit tunc neceſſitas accuſationis cũ viderit quilibꝫ crucem et ipſum chꝛiſtũ habentem in corpoꝛe ſuo teſtimonia paſſionis. vnde dicitur Math. xxiiij. Tunc apparebit ſignũ filij hominis in celo. ¶ Secundo aperientur libꝛi conſcientie. Et nota ꝙ liber cõſciẽtiarũ cõtinebit tria capitula ſcꝫ cogitationes. quia dicit̃ Sap. j. In cogitatiõibus impij interrogatio erit. Cõtinebit etiã verba ⁊ locutiones ocioſas vt dicitur Math. xij. De omni verbo ocioſo quod locutus fuerit hõ: reddet rationẽ in die iudicij. Continebit etiã liber ille facta et operationes: et dicit̃ Eccleſiaſtes vltimo. Cuncta q̃ fiunt adducet dñs in iudicio pꝛo omni errato: ſiue bonum ſiue malũ ſit: bonũ ſcꝫ omiſſum et malũ commiſſum.

¶ Tertio aperietur liber vite id ẽ xp̃s cuiꝰ ꝟtute manifeſtabũt̃ ſecreta cõſciẽtiarũ vnius ad alterũ ſicut dicit apl's j. Coꝛin. iiij. Nolite ante tp̃us iudicare quouſqꝫ veniat dies dñi ⁊c̃. De iſtis libꝛis dicitur Apocalipſis. xix. Iudicati ſunt moꝛtui ex his que ſcripta ſunt ĩ libꝛo ſm̃ opa ipoꝝ. ¶ Tertio ĩ illo tremẽdo iudicio verba iudicis pꝛomulgabuntur ſicut ſententia diffinitiua. Unde nota in iſta ſententia ſpecialiter tria ¶ Primo cauſe magnitudinẽ ſiue immenſitatem/ de qua erit illa ſententia: qꝛ non erit pecunie vel poſſeſſionis terrene ſed dãnatiõis vel ſaluatiõis eterne: illi vero qui obtinebunt mutabunt̃ ad poſſeſſionem hereditatis eterne qꝛ dicitur Matthei. xxv. Et ibunt hij in ſupplicium eternũ: illi ꝟo invitã eternã ¶ Secundo nota in iſto iudicio auditoꝛum multitudinem vel curie ſolẽnitatem: in cuius conſpectu repꝛobi confundent̃: totus eñi mundus cõgregabitur/ omnes angeli de celo / oẽs homines de mũdo/ omnes diaboli de inferno. vt dꝛ Mat. xxv. Congregabunt̃ ante eum omnes gentes. Et ideo eſt bonum cõſilium cum homine qui de iure ſuo diffidit ante diem ſententie periculoſe corã ſacerdote de cõpoſitione tractare. vnde dicit ſapiens Eccl'iaſtici. xviij. Ante iudiciũ para iuſticiam.

¶ Tertio in illo iudicio tam tremẽdo vel ſñia tremẽda iudicis nota ſeueritatem vel inflexibilitatem. vnde dicitur Malachie. iij. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius: aut quis ſtabit ad videndũ eum: Tanta nãqꝫ erit tũc iudicis ſeueritas et inflexibilitas: ꝙ ſi btã virgo et oẽs angeli et ſcĩ et ſcẽ genua flecterẽt ⁊ cũ lachꝛymis oꝛarent ꝓ aliquo qui eſſet in moꝛtali peccato iudex non exaudiret eos. qꝛ dꝛ Puer. vj. Zelus et furoꝛ viri non parcet in die iudicij nec acquieſcet cuiuſcũqꝫ pꝛecibus nec ſuſcipiet ꝓ redẽptõe dona plurima ¶ Quarto ⁊ vltĩo ĩ iſto tremẽdo iudicio facta ſtatĩ executiõi dabunt̃. De executiõe illiꝰ ſñie nota ſpẽlit̃ tria. ¶ Pꝛĩo multitudinẽ ⁊ potẽtiã miniſtroꝝ q̃ parati erũt ad ꝟbũ iudicꝭ exequẽdũ qꝛ dꝛ Mat. xij. In ꝯſũmatiõe ſeculi exibũt ãgeli ⁊ ſepabũt malos de medio iuſtoꝝ: ⁊ mittẽt eos in caminũ ignis: ibi erit fletꝰ ⁊ ſtridoꝛ dẽtiũ. ¶ Scđo ĩ iſta executõe nota ĩpotẽtiã ⁊ ãguſtiã repꝛoboꝝ qꝛ nll'a erit via ad euadẽdũ. vñ dt Aug. O q̃ anguſte erũt vndiqꝫ repꝛoboꝝ vie: ſupius tũc erit iudex iratꝰ, inferiꝰ chaos, inferni hoꝛrẽdũ a dextris accuſãtia pctã: a ſiniſtris ĩfinita demonia ad ſuppliciũ trahẽtia: itꝰ ꝯſcia vrẽs foꝛis mũdꝰ ardens: miſer pctõꝛ ſic depꝛehenſus q̃ effugiet: latere erit ĩpoſſibile/ appere ĩtolerabile. Et iõ dꝛ Apocalip. ix. ꝙ deſiderabũt hoĩes moꝛtẽ et moꝛs fugiet ab eis. ¶ Tertio nota in iſta executiõe defectũ ⁊ carẽtiã oĩꝫ auxilioꝛũ: tũc eĩ xp̃s q̃ tm̃ miſericoꝛs ẽ ꝙ pꝛo peccatoꝛibus tradidit ſemetipſm/ ridebit in dãnatione eoꝛũ. In cuiꝰ pſona dꝛ Puer. j. Ego q̃qꝫ ĩ interitu vr̃o ri

debo. Sācti etiā oēs q̄ ſe ꝓ ſalute oīm morti expoſuerūt nō cōpatientur tūc miſerie reproboꝝ ſ; poti⁹ gaudebūt in dānatione eoꝝ. qꝛ dr̄ in pſal. Letabit̄ iuſtus cū viderit vindictā ⁊c̄. Sicut enī nunc eſt tp̄s clemētie: ſic erit tunc tp̄s vltionis ⁊ vindicte: ſicut dr̄ in pſal. Cū accepero tp̄s: ego iuſticias iudicabo. Et hec de iudicio vltio dicta ſufficiāt.

## ¶ De penis īferni. ca. xlix.

bone. Ad hanc cantilenā virgines ⁊ cō-
tinentes reſpondent illud canticū dul-
ciſſimū quod ſcriptum eſt Canticorꝝ. j.
Oleum effuſum nomen tuū: ideo ado-
leſcētule dilexerūt te nimis. Nimis di-
citur propter ariditatem continentie:
quia vt dicit̄ Sap. viij. Scio quoniā
aliter non poſſū eſſe continens niſi deꝰ
det. Et ideo dicitur Apo. xiiij. Qꝛ ne-
mo poterat dicere canticum illud ſcili-
cet virginale: niſi illa centum quadra-
gintaquattuor milia qui empti ſunt de
terra. Numerus centenarius compe-
tit virginibus quibus datur fructꝰ cē-
teſimꝰ. vt dicitur Luce. viij. Quadra-
genarꝰ competit viduis: quia quadra-
ginta ſigna ſtatum penitentium. Ideo
tam moyſes/ q̄ helias q̄ chriſtus qua-
draginta diebus et quadraginta nocti-
bus ieiunauerunt. Quattuor ꝯpetunt
cōiugatis caſtitatē amātibꝰ: qꝛ ſm̄ do-
ctrinā quattuor euāgeliſtarū obſuare
conant̄ cōiugalē thorū. iuxta illō apl'i.
Heb. xiij. Honorabile cōnubiū in oībꝰ

et thorus imaculat⁹. Millenari⁹ vero competit omnibus cõtinẽtibus: quia per millenariũ qui eſt limes et termin⁹ omniũ numerorũ: ſignatur celeſte gaudiũ/ quod eſt finis omniũ deſideriorũ: vt dicitur in pſal. Satiabor cum apparuerit gloria tua.

¶ Ultimo chriſtus cantabit cõmuniter oĩbus ſanctis illã dulciſſimã cantilenam que ſcripta eſt Math. xxv. Venite benedicti patris mei percipite regnũ quod vobis paratum eſt ab origine mũdi. Venite benedicti patris mei: per gratie adoptionẽ per quã eſtis filij & fratres mei. Quia vt ait ap̃ls. Rom. viij. Si filij & heredes: heredes quidem dei: coheredes aũt xp̃i: qđ vobis paratum eſt ab origine mũdi: p eternã p̃deſtinationẽ per quã eſtis ad eterna placentia electi. Ad iſtã cãtilenã xp̃i rñdebit altiſſime tot⁹ chorus vel chorea/ vl' ballata ſanctorũ illũ cantũ qui ſcribit j. Thi. j. Regi ſeculorũ imortali/ inuiſibili/ ſoli deo honor et gloria in ſecula ſeculorũ. Amen. Tibi inq̃ dñe q̃ es oĩm ſeculorũ p nobis tñ humiliat⁹ tu immortalis: q̃ p nobis ĩ cruce es mortu⁹. tu inuiſibilis/ q: tñ nobis viſibilis. tu ſolus ſanctus in maieſtate/ nobis tñ miſericorditer aſſociat⁹. tu es oĩpotẽs/ pro nobis tñ homo factus es: tibi inq̃ honor/ ex creatione/ gloria ex redẽptiõe: in ſecula ſeculorũ: ex eterna ſaluatiõe. amen: ex omniũ p̃miſſorũ tuorũ certiſſima adimpletione. Tandẽ oẽs ſancti dicent alter ad alterũ illũ ſacratiſſimũ hymnũ & triſagiũ glorioſum qđ ſcribit in Eſa. Sanct⁹/ ſanct⁹/ ſanct⁹: dñs de⁹ ſabaoth/ vel exercituũ. pleni ſunt celi & terra gloria eius. Cuius eſt tanta virt⁹ q̃ qui dicit illũ a morte ſubitanea & fulgure et oĩbus tribulationibus eſt ſecurus. vt ait Damaſcen⁹ libro. iij. Propt qđ ſtatuit ſctã ſynod⁹ calcedonẽſis q̄rta: hoc triſagiũ ſancte trinitatis a fidelib⁹ dici: ɔtra oẽs ſtellionatus. i. minas diuinas: vt ait Damaſcen⁹ ibidẽ. ſ. agyos/ otheos/ ſanct⁹/ deus/ agyos/ yſkyros/ ſanct⁹/ fortis/ agyos/ athanatos/ eleyſon/ ymas/ ſanct⁹ & imortalis miſerere nobis. In quo triſagio ſancti faciunt ſpecialiter tria: ſcz trinitatẽ cõfitent in vna eſſentia dicẽtes. ſanct⁹: ſanctus: ſanctus: poteſtatẽ et iudicia admirant dicẽtes dñs de⁹ exercituũ. pietatem & beneficia venerãtur: addẽtes: plena eſt oĩs terra tam viuentiũ q̃ morientiũ gloria eius id eſt mĩa eius: in q̃ deus precipue oſtẽditur glorioſus. vt exponit gloſa. Rom. iij. Oẽs eni peccauerũt: & egent gloria dei que eſt infinita. Ad quã gloriã nos p̃ducat et participes efficiat ductor illi⁹ choree ieſus virginis filius: qui cũ deo patre & ſpũ ſancto vni ſoli deo viuo & vero ẽ honor: imperiũ: maieſtas: per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

¶ Finis nouẽ dietarum ſalutis.

## ¶ Dñica prima aduentus.

Abijciamus opera tenebrarum et induamur arma lucis. Rom. xiij. In aduẽtu magni regis et p̃ncipis expiantur ſordes: & parantur veſtes. Et ideo apoſtolus in his v̄bis per hũc modũ: p̃pter ſummi regis aduentũ ad faciendũ hec duo ſpecialiter nos inuitat. Primo ad viciorũ ſordes expurgãdas: cũ dicit Abijciamus opa tenebrarũ. Scđo ad virtutũ veſtes preparandas: cum addit: et induamur arma lucis.

¶ Primo igitur debemus expurgare ſordes viciorũ et propter tria q̃ ſũt ĩ peccato. quere in materia de pctõ in cõi.

¶ Scđo debem⁹ veſtes v̄tutũ p̃parare: et ſpãliter veſtẽ charitatis: ſicut videm⁹ q veſtis nobilior portat in feſtis p̃cipuis. De hac veſte quere ĩ materia de charitate.

## ¶ Dominica ſecunda aduentus.

Deus aũt ſpei repleat vos oĩ gaudio. Rom. xv. Q̃m a viris ſpũalib⁹ ſunt debiles ſuſtinẽdi: & triſtes ɔſolãdi idcirco ap̃ls in verbis p̃po

ſtis duo facit. Primo enĩ ꝓmittit debilibus ſuſtentationem: cum dicit Deus autem ſpei. Secundo triſtib⁹ ꝯſolationem: cũ addit: repleat vos omni gaudio. pſal. Spera in domino. ſequitur. ⁊ paſceris in diuitijs eius.

¶ Primo dico ꝙ ſpiritualis ſuſtentatio eſt virtute ſpei. quere ĩ mat̃ia de ſpe

¶ Scđo ſpiritualis cõſolatio eſt ĩ gaudio ꝟtutis. Vñ virt⁹ cõparat̃ paradiſo quere in materia de virtute in cõi.

## ¶ Dñica tertia aduẽtus.

Modeſtia vr̃a nota ſit oib⁹ hoib⁹ dñs ꝓpe eſt. Phil. iiij. Rege p̃ñte ꝯſueuerunt domicelli ⁊ milites multũ alacriter et honeſte incedere. ideo ap̃ls p̃uidẽs regis eterni p̃ñtiam ꝓpinquã ad cõuerſationẽ honeſtã in ꝟbis ꝓpoſitis nos hortat̃: et ſm hoc ĩ verbis iſtis duo facit. Primo enĩ hortatur nos ad cõuerſatiõis honeſtatem: cũ dicit. Modeſtia veſtra nota ſit oib⁹ hominib⁹. Scđo oſtẽdit conuerſatiõis cãm: cum addit: dominus prope eſt.

¶ Primo igit̃ forma cõuerſatiõis cõſiſtit ſpecialiter in mãſuetudine vł mititate. Quere in materia de mititate et manſuetudine.

¶ Secũdo ꝟtus ſpũalis ꝯuerſatiõis: et orõnis: caſtitatis: et pietatis: faciũt propinquã dei preſentiam. quere ĩ materia de caſtitate: oroĩe: ⁊ pietate.

## ¶ Dñica quarta aduẽtus.

Nolite ante tp̃us iudicare quoaduſq3 vẽiat domin⁹ j. Cor. iiij. Dicit lex imperatoris ꝙ adueniẽte p̃ſide ceſſat iunior poteſtas. Jō apoſtolus conſiderans aduentum eterni iudicis: duo facit in his verbis. Primo namq3 reprimit inuidiam iniquam dicens. Nolite ante tempus iudicare. Secundo predicit ſaluatoris iuſticiã futuram: cum dicit: quouſq3 veniat dominus.

¶ Primo igitur reprimit̃ inuidia: propter tria. quere in materia de inuidia.

¶ Secundo predicitur cauſa/ iudicis ſententia. Quere in materia de iudicio futuro.

## ¶ Dominica infra octauã natiuitatis.

Itaq3 iam non eſt ſeruus ſed filius ꝙ ſit filius ⁊ heres per deum. Ad Galathas. iiij. Magnus debet magna donare. Unde apoſtolus in his verbis deſcribit ſaluatoris magnificentiam: et ſm hoc tria facit. Primo enim deſcribit culpe ſubiectionem: a qua ſumus liberati: cũ dicit. Itaq3 iam non eſt ſeruus. Secundo gratie cooperationem: per quam ſumus liberati et iuſtificati: addens: ſed filius. Tertio glorie poſſeſſionem: ad quam ſumus predeſtinati ſubdens: ꝙ filius et heres per deum.

¶ Primo igitur ſubijcitur homo per culpam: et ſpecialiter propter gulam: luxuriam: et auariciã. Quere in materia de gula: de luxuria: et de auaricia.

¶ Secundo iuſtificatur homo ꝑ gratiam penitentie. Quere in materia de penitentia.

¶ Tertio beatificatur homo per gloriam. Quere in materia de gloria paradiſi.

## ¶ Dominica ſecunda.

Non plus ſapere q̃ȝ oportet ſapere: ſed ſapere ad ſobrietatem. Rom. xij. Omnis cibus q̃ȝtũcumq3 precioſus inſipidus eſt: niſi ſit ſale cõditus. ideo apoſtolus hortatur nos in verbis propoſitis: vt cibum prudentie condiamus ſale diſcretiõis. Et ſm hoc duo facit.

Priõ ꝓhibet ſapientiã temerariã dicens. non pl⁹ ſapere q̃ȝ oportet ſapere.

Secundo ſuadet temperantiam neceſſariam: addens: ſed ſapere ad ſobrietatem.

¶ Primo igitur cauenda eſt prudentia vel ſapientia inordinata. Quere in materia de prudentia.

❡ Secundo querenda eſt ſobrietas modeſta. Quere in materia de temperātia.

## ❡ Dñica.j.poſt octa.epy.

ODientes malū: adherētes bono. Rom. xij. Naturaliter guſtus bene diſpoſit⁹ reſpuit amaritudinē ⁊ appetit dulcedinē. Jdō apl's i his verbis monet nos ad duo: videlicʒ ad deteſtationē culpe dicēs/odientes malū. Secūdo monet nos ad dilectionem gratie ibi/adherentes bono.

❡ Primo igitur deteſtāda eſt culpa. Quere in materia de peccato in cōi.

❡ Scd̄o diligēda ē v̄t⁹ vel grā. Quere in materia de virtute in cōmuni.

## ❡ Dominica ſecunda.

NOn voſmetipſos defendentes chariſſimi: ſed date locū ire. Rom. xij. Nō eſt tutum militē ſine armis intrare locū certaminis. Jdeo apl's in his verbis ſpūaliter nos inſtruens duo facit. Primo docet eſſe ſumēdū ſcutū patiētie/dicēs: non voſmetipſos defendentes. Secūdo docet cauēdū ictū iracūdie/addēs: ſed locū ire.

❡ Primo debemus aſſumere patientiam tanq̄ ſcutum. Quere in materia de fortitudine ⁊ patientia.

❡ Scd̄o debem⁹ cauere iracūdiā tanq̄ ictū. Quere in materia de ira.

## ❡ Dominica tertia.

QUi diligit p̄ximū ſuū: legem ipleuit. ad Rom. xiij. Mercatores facientes cōputū prius ipm̄ i pecias et ptes diuidūt: et poſtea i ſūmā reducūt: ſic et apl's i his v̄bis diuine legis reducit in ſummā charitatʒ: ⁊ ṗm hoc monet nos apl's ad duo: videlicet ad dilectionem p̄ximorū dicens. Qui diligit p̄ximū. Ad ipletionē mādatorū addens impleuit legem.

❡ Primo igitur debem⁹ proximū diligere. Quere i materia de charitate.

❡ Secundo debemus precepta adimplere. Quere in materia de p̄ceptis.

## ❡ Dominica quarta.

PAx igitur xp̄i exultet i cordib⁹ veſtris. Col. iij. Mundus iſte cōſueuit duo multū deſiderare: ſcʒ cōcordiā pacis/⁊ leticiā cordis. Jdō apl's i his v̄bis optat nobis hec duo: q̄ naturaliter deſiderat oīs hō. ſ. p̄mū cōcordiā amicabilē: cū dicit. Pax igitur xp̄i. Scd̄o animi leticiā delectabilē: cū addit exultet in cordib⁹ veſtris.

❡ Primo igit̄ affectāda eſt cōcordia pacis. Quere in materia de pace.

❡ Secūdo leticia cordis eſt adoptanda. Quere i materia de charitate. Et in materia de gaudio.

## ❡ Dñica in ſeptuageſima.

SIc currite vt ꝯprehēdatis. j. Cor. ix. Q̄m nō inſipientib⁹: ſed ꝓficiētib⁹ regnum celeſte ꝓmittit̄. Jdō apl'us in v̄bis iſtis ad duo ſpecialiter nos hortatur. Prīo ad fructuoſā operationē: cū dicit. Sic currite. Secundo oſtendit fructuoſe operationis rationem: cum addit/vt ꝯprehēdatis.

❡ Primo igitur debem⁹ curſum preceptorum perficere. Quere i materia de preceptis.

❡ Secundo fructum premiorum appetere. Quere in materia de gloria paradiſi.

## ❡ Dñica in ſexageſima.

LIbenter gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus xp̄i. j. Corin. xiij. Infirmus ſi prudens eſt libenter ſuſtinet dolorem propter ſequentem ſanitatem. Jdeo apoſtolus in his verbis duo docet. ſ. afflictionem carnis: quam debemus libenter portare: dicens. Libēter gloriabor in infirmitatibus meis. Secundo poſſeſſionem virtutis quam debemus feruēter amare/cum addit: vt inhabitet in me virtus chriſti.

❡ Primo igitur afflictio carnis eſt libenter portāda: Quere in materia de fortitudine.

¶ Secundo poſſeſſio virtutum eſt amanda. Quere in materia de virtutibus in communi.

## ¶ Dñica in q̇nquageſima.

CHaritas patiens eſt .j. ad Cor. xiij. Decet reginã habere regnum apparatum. Ideo apoſtolus in his verbis dſcribit ſpecialiter iſta duo: ſcʒ charitatem ſicut virginum reginam: dicens. Charitas. Secũdo patientiam/ ſicut regine paraturam/ addens/ patiens eſt.

¶ Primo igitur charitas eſt virtutũ regina. quere in materia de charitate.

¶ Secundo patientia eſt regine armatura. Quere in materia de fortitudine. ⁊ in materia de patientia.

## ¶ Dñica in quadrageſima

VT caſtigati ⁊ non mortificati .ij. Cor. vj. Filius ſi peccauerit caſtigandus eſt/ ⁊ non mactandus corrigendus: ⁊ non occidẽdus. Et ſm hoc apoſtolus in iſto verbo ſpecialiter oſtendit duo. Primo ꝙ peccator debet ſe corrigere cum flagello penitẽtie: cum dicit. Ut caſtigati. Et ſecundo ꝙ nõ debet ſe occidere cum gladio culpe addens non mortificati.

¶ Primo igitur caſtigandus eſt peccator flagello penitentie. Quere in materia de penitentia.

¶ Secundo non eſt occidendus gladio culpe. Quere in materia de peccato in communi.

## ¶ Dominica ſecunda .xl.

HEc eſt voluntas dei ſanctificatio veſtra .j. Theſ. iiij. Tunc regnũ bene regitur qñ populus voluntatẽ regis obſeruat ⁊ qñ rex plebis vtilitatẽ procurat. Unde apoſtolus in his verbis ſm hoc duo facit. Deſcribit enĩ quid ſumme obſeruandũ: qꝛ voluntas diuina dicens. Hec eſt voluntas dei. Secundo q̃d ſumme affectandum qꝛ ſanctitas propria: addens: ſanctificatio veſtra.

¶ Primo igitur debemus diuinam voluntatẽ obſeruare implendo precepta. Quere in materia de preceptis.

¶ Secundo debemus per mundiciã propriam caſtitatẽ ſeruare. Quere in materia de caſtitate.

## ¶ Dominica tertia .xl.

AMbulate in dilectione ſicut ⁊ chriſtus dilexit vos. Ephe. v. Unicuiqꝫ experto in ſua ſciẽtia credẽdũ ẽ. Et ideo qꝛ apls ſũme fuit expertus in pceptis ⁊ ſciẽtia charitatis audire debemus lectionẽ ſuam quã nobis pponit in his verbis de ſchola diuine lectionis. Hec aũt cõtinet in ſe duo capitula dilectionis: ſcʒ viam regulantẽ. ideo dicit. Ambulate in dilectiõe. ⁊ dilectionis formam exemplarem: ⁊ ideo ſubditur/ ſicut ⁊ chriſtus dilexit vos.

¶ Primo igitur ſequenda eſt dilectionis via. Quere in materia de dilectione ⁊ charitate.

¶ Scdo attẽdenda eſt dilectionis forma. Quere in eadem materia.

## ¶ Dominica quarta .xl.

EIice ancillã et filiũ eius. Gala. iiij. Uulgo dicit ꝙ bonũ opus facit q̃ de ſtulto ſe expedit. Et ideo apoſtolus in hoc verbo monet nos ad expellendũ peccatũ de cordis hoſpitio ⁊ hoc q̃tũ ad duo: ſcʒ q̃tum ad affectionẽ: q̃ peccatũ cõcupiſcitur: dicens eijce ancillã .i. voluntatem malam. ⁊ q̃tũ ad operationẽ: qua peccatum perpetratur addens: ⁊ filiũ eius.

¶ Primo igitur per penitentiã expellenda eſt affectio mala ⁊ fit precipue p contritionem ⁊ confeſſionẽ. Quere in materia de penitentia.

¶ Scdo expellẽda eſt opatio praua ⁊ fit p ſatiſfactionẽ. q̃re in eadẽ materia

## ¶ Dñica in paſſione dñi.

PEr ppriũ ſanguinẽ introiuit ſemel in ſancta. Heb. ix. Religioſi cõſueuerũt ſe minuere qñ volũt infirmariã intrare: ⁊ recreationẽ ſuſci-

pere: ſic dñs in paſſione ſua fecit ſe minui: ⁊ ſic intrauit infirmariã/ ⁊ recreationẽ paradiſi recepit. Et ſic apoſtol⁹ in verbis iſtis duo oſtendit: ſcʒ paſſionis chriſti munitionẽ dicens. Per proprium ſanguinẽ. Secundo reſurrectionis recreationem: addens/ introiuit ſemel in ſancta: ſcʒ in celum.

¶ Primo igitur paſſio xpi eſt iugiter meditanda. Quere in materia de contemplatione ⁊ de gaudio.

¶ Secundo bona celeſtia ſunt feruẽter deſideranda. Quere in materia de ſpe ⁊ gloria paradiſi.

## ¶ Dñica in ramis palmaꝝ

Humiliauit ſemetipſum factus obediẽs vſqȝ ad mortem: mortem autẽ crucis. Phil. ij. Qui vult librum ſcribere vel corrigere ſup omnia de exemplari veraci debet curare: ⁊ ideo apl's in his verbis ꝓponit nobis ꝓ libro exemplũ vite xpi ad trãſcribendũ ⁊ corrigẽdũ librũ cordis noſtri. Proponit aũt hic nobis quattuor capitula hui⁹ libri in cordis noſtri codice tranſcribẽda. Primũ ſcʒ humilitas inclinantis cum dicit. Humiliauit ſemetipſum. Secundũ obedientie ſubiugantis/ cum dicit: factus obediens. Tertium perſeuerantie coronantis: cũ ſubdit/ vſqȝ ad mortem. Quartũ penitentie crucifigentis: cum ſubinfertur mortem autem crucis.

¶ Primo igit debem⁹ nos humiliter inclinare. qre in materia de hũilitate.

¶ Scdo debem⁹ nos obediẽtia ſubiugare. que in materia de obedientia.

¶ Tertio debemus nos pſeuerãtia coronare. qre in materia de fortitudine.

¶ Quarto debemus nos penitentia cruciare. qre in materia de penitẽtia.

## ¶ Dñica. j. poſt paſcha.

Hec eſt victoria que vincit mundum fides noſtra. j. Johan. vltimo. Multum gloriatur miles in gladio quando cum illo triũphauit in omni bello. Ideo Johãnes apoſtolus oſtendit in his verbis chriſti militibus ſpecialiter duo: ſcilicet triunphum viciorum nobiliſſimum dicens. Hec eſt victoria que vincit mundum. Secũdo genus armorum ſecuriſſimũ/ fides noſtra.

¶ Primo igitur debemus perſeuerãtia triumphare. Quere in materia de fortitudine.

¶ Secundo debemus nos armis fidei armare. Quere in materia de fide.

## ¶ Dñica. ij. poſt paſcha.

Chriſtus paſſus eſt pro nobis: vobis relinquens exẽplum/ vt ſequamini veſtigia ei⁹. j. Petri. ij. Sequitur miles ducem/ proles patrem: ſcholaris doctorẽ. Et ſm hoc apoſtolus oſtẽdit nobis tria in his verbis que ſunt neceſſaria et facienda nobis. Primo eſt nobis cum chriſto militandum/ ⁊ ideo dicitur chriſtus paſſ⁹ eſt ꝓ nobis. Secundo cum chriſto cõuerſandum: ⁊ ideo ſubditur/ vobis relinquens exemplum. Tertio poſt chriſtum ambulãdum/ ⁊ ideo ſubinfertur/ vt ſequamini veſtigia eius.

¶ Primo igitur debemus laborare cum chriſto per penitentiam dignam. Quere in materia de penitentia.

¶ Secundo debemus conuerſari in chriſto per vitam honeſtam. Quere in materia de caſtitate ⁊ temperantia.

¶ Tertio debemus poſt chriſtum ambulare per mandatorum ſemitam rectam. Quere ĩ materia de preceptis.

## ¶ Dominica tertia poſt paſcha.

Obſecro vos tanq̃ aduenas ⁊ peregrinos abſtinere vos a carnalib⁹ deſiderijs que militant aduerſus animam j. Petri. ij. Qui bene dirigit in via/ predicit ei omnia diuerticula ⁊ pericula. Et ſm hoc apoſtol⁹ monet nos ĩ his verbis ſpecialiter ad tria ſcilicet ad habendam mortis memoriam/ dicens. Obſecro vos tanq̃ aduenas ⁊ peregrinos.

¶ Secundo ad domandum carnis laſciuiam. Abſtinere vos a carnalibus deſiderijs.

¶ Tertio ad frangendam hoſtis maliciam / ſubdens. Que militant aduerſus animam.

¶ Primo igitur habenda eſt mortis memoria ⁊ hoc eſt hũilitatis. Quere in materia de humilitate.

¶ Secundo domanda eſt carnis laſciuia quod eſt opus chaſtitatis. Quere in materia de caſtitate ⁊ tẽperantia

¶ Tertio fugienda eſt hoſtis malicia et hoc eſt opus fortitudinis. Quere in materia de fortitudine ⁊ continẽtia.

## ¶ Dominica quarta poſt paſcha.

Sit omnis homo velox ad audiendũ / ⁊ tardus ad loquendum / ⁊ tardus ad irã Vulgo dicitur qui non eſt prudẽs ſit ſaltem bene credens. Et ideo beat⁹ Jacobus apoſtolus monet nos ſpecialiter ad tria.

¶ Primum eſt velocitas contra contemptum obedientie; dicens. Sit oĩs homo velox ad audiendum.

¶ Secundum eſt taciturnitas cõtra peccatum lingue: ideo addit: tard⁹ ad loquendum.

¶ Tertium eſt mititas contra peccatum ire. ideo dicit: ⁊ tardus ad iram.

¶ Primo igitur debemus acquieſcere / ⁊ hic eſt opus obedientie. Quere in materia de obedientia.

¶ Secundo debemus libenter tacere contra vicium lingue. Quere in materia de preceptis.

¶ Tertio debemus eſſe quieti contra peccatũ ire. Quere in materia de ira.

## ¶ Dominica quinta poſt paſcha.

Religio munda et immaculata apud deum ⁊ patrem hec eſt viſitare pupillos et viduas in tribulatiõe eorũ ⁊ immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo. Jac. j. Boni pictoris induſtria apparet in bona pictura: et ſm hoc apoſtolus pingit bonam picturam q̃tum ad tria que ſunt ad bonam vitam neceſſaria: ſcʒ decor cõuerſationis. Et ideo dicitur. Religio munda ⁊ immaculata apud deum et patrẽ hec eſt. Secundo dulcor miſerationis / cũ additur: viſitare pupillos ⁊ viduas in tribulatione eorum. Tertio fuga inquinationis cum ſubditur / ⁊ immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo.

¶ Primo igitur debemus pie conuerſari / quod eſt opus honeſtatis. Quere in materia de honeſtate vel caſtitate.

¶ Secundo debemus pie miſereri / et hoc eſt opus pietatis. Quere in materia de pietate ⁊ miſericordia.

¶ Tertio debem⁹ inquinationem deteſtari / ⁊ hoc eſt opus virtutis. ⁊ hoc q̃tum ad triplicem concupiſcentiam: ſcʒ mundi / carnis / ⁊ hoſtis. Quere in materia de preceptis ⁊ oratione.

## ¶ Dñica infra octa. aſcen.

Si quis miniſtrat tanq̃ ex virtute quam adminiſtrat deus. j. Petri. iiij. Omnis bonus operarius vtitur regula ad dirigendum opus Et ſm hoc beatus Petrus apoſtolus deſcribit in his verbis duo nobis neceſſaria: ſcʒ obſequium exterioris operis dicens. Si quis miniſtrat. ⁊ iudicium interioris virtutis: addens / quam adminiſtrat deus.

¶ Primo debemus bonũ opus exercere ⁊ ſpecialiter triplex: ſcʒ opus iuſticie in obſeruando mandata. Quere in materia de preceptis.

¶ Secũdo opus penitentie in emẽdãdo pctĩ. quere in materia de penitẽtia

¶ Tertio op⁹ mĩe in ſubleuãdo ꝓximi incõmoda. Quere in materia de mĩa.

## ¶ Dñica. j. poſt pentheco.

Hoc mandatũ habemus a deo: vt qui diligit deũ diligat ⁊ fratrẽ ſuũ. j. Joh. iiij. Duplicẽ nodũ conſueuit facere qui rem vult bene ligare. Et ſm hoc Johãnes apl'us oſtẽdit nobis duo de vinculo charitat;

Iniũctionẽ: q₂ iniungit ſub diſcreto p̃
cepto: et ideo dicitur hoc mandatum
habemus a deo. Charitatis perfectio
nem: q₂ perficitur duplici nodo. ⁊ ideo
ſubditur: vt qui diligit deum/ diligat
⁊ fratrem ſuum.

¶ Primo igitur charitatẽ debemus
ſeruare tanq̃ preceptum. Quere in ma
teria de preceptis.

¶ Secũdo debemus charitatem no-
dare tanq̃ vinculum: quere in materia
de charitate.

## ¶ Dñica. ij. poſt pentheco.

Qui odit fratrẽ ſuũ homici
da eſt. j. Joh. iij. Scđm le-
ges ſeculares non ſolum re
putatur homicida qui in-
terficit ictu gladij: ſed qui
parat poſitiones veneni. Et ſ̃m hoc a-
poſtolus in his verbis oſtendit nobis
duo: ſc₃ odiũ execrandũ admodũ vene
ni dicens. Qui odit fratrẽ ſuũ. Secũ-
do homicidium abhorrendum/ inſtar
gladij: addens/ homicida eſt.

¶ Primo igitur debemus odium fra
tris vitare: quod eſt inuidie corruptio
quere in materia de inuidia.

¶ Secundo debemus homicidiũ ab-
horrere: quod eſt precepti tranſgreſſio
Quere in materia de preceptis.

## ¶ Dñica. iij. poſt pẽtheco.

Humiliami ſub potenti ma
nu dei: vt exaltet vos ĩ die
viſitationis. j. Petri vlti.
Saltatores conſueuerunt
ſe curuare vt melius poſ-
ſint ad alta ſaltare. Et ſ̃m hoc apoſto-
lus oſtẽdit nobis duo: ſc₃ humilitatis
inclinationem profundam dicẽs. Hu
miliamini ſub potẽti manu dei. Secũ-
do humilitatis eleuationem iocundã
addẽs: vt exaltet vos in die viſitatiõis.

¶ Primo igitur debem⁹ noſipſos hu-
miliare. Quere in materia de humili-
tate ⁊ ſuperbia per contrarium.

¶ Secundo debemus nos per contẽ-
plationem ad gloriam leuare. Quere
in materia de gloria paradiſi.

## ¶ Dominica. iiij. poſt pen.

Exiſtimo enĩ q̃ non ſunt con
digne paſſiones huius tẽ-
poris ad futuram gloriam
que reuelabitur in nobis.
Rom. viij. Conſueuit ho-
mo accipere pro parte ſua quod plus
ponderat in ſtatera. Et ſ̃m hoc apoſto
lus quaſi in ſtatera ꝓponit nobis duo
verba in propoſito: ſc₃ preſentem tribu
lationem ad ſuſcipiendum dicens.
Exiſtimo q̃ non ſunt condigne paſſio-
nes huius temporis. Secundo eternã
remunerationem ad eligendũ addẽs/
ad futuram gloriam.

¶ Primo igitur debemus preſentem
tribulationẽ ſuſtinere patienter. Que
re in materia de patientia/ et accidia
per contrarium.

## ¶ Dñica. v. poſt pentheco.

Si quid patimini ꝓpter iu-
ſticiam/ beati. j. Petri. iij.
Vix acquiruntur magne
diuitie ſine magno labore.
Et ſ̃m hoc in verbis pro-
poſitis ponuntur ſpecialiter tria: ſcil₃
virtus laborem ſuſtinens. cum dicitur
Si quid patimini. Titulus laborẽ de-
corans. cum additur propter iuſticiã.
Fructus laborem remunerans: cum
ſubditur: beati.

¶ Primo enĩ debemus laborem pre-
ſentem patiẽter portare. Quere in ma
teria de fortitudine/ ⁊ ſuperbia/ luxu-
ria ⁊ auaricia per contrarium.

¶ Secundo debem⁹ preſentem labo-
rem titulo iuſticie decorare. quere in
materia de iuſticia.

¶ Tertio debem⁹ laborem fructu feli-
citatis coronare. Quere ĩ materia de
ſpe ⁊ gloria paradiſi.

## ¶ Dñica. vj. poſt penthe.

Si aũt mortui ſum⁹ cũ xp̃o
credim⁹ q̃ ſil' viuem⁹ cũ eo
Ro. vj. Cõſueuerũt pueri
rumpere veſtes antiquas.
vt citius habeant nouas.
Et ſ̃m hoc apoſtolus in hoc verbo ſpe
cialiter oſtendit nobis duo: ſc₃ veſtem
carnis mortificandam: cum dicitur

ſi autem mortui ſumus cū chriſto: ſtolam glorie deſiderandam cum addit/ ꝙ ſimul viuemus cum eo.

❡ Primo igitur debem⁹ veſtē carnis rupere per penitētiā: quere in materia de penitentia. accidia/luxuria/gula/p contrarium.

❡ Secūdo debem⁹ ſtolam eterne glorie frequēter appetere: quere in materia de ſpe ⁊ gloria paradiſi.

## ❡ Dominica.vij. poſt pen.

Habetis fructū in ſanctificationē: finem vero vitam eternā. Rom.vj. Qui prudens eſt cōſiderat fructū laboris/⁊ finē opis. Et ſꝫ hoc apl's in oi hora docet nos ꝯſiderare duo: ſcꝫ fructū iuſtificantē dicens. Habetis fructū in ſanctificationem et deſiderare finē iuſtificantem/ addens finem vero vitam eternam.

❡ Primo fructus boni operis conſiſtit in opere iuſticie: quere in materia de preceptis.

❡ Secundo finis operis cōſiſtit in cōſummatione perſeuerātie: quere in materia de perſeuerantia.

❡ Tertio in expectatione future glorie: qre in materia de ſpe ⁊ glia padiſi.

## ❡ Dñica.viij.poſt penthe.

Si ſm carnem vixeritis moriemini. Ro.viij. Infirm⁹ ſi ſēp bibit ſm ſitim febris/ de facili incurrit periculū mortis. Et ſm hoc apoſtolus oſtendit nobis duo: ſcꝫ febrem vel ſitim carnis omnino reprimēdā: dicēs Si ſm carnem vixeritis. Et gehennalem penā mortis omnino fugiendā: addens moriemini.

❡ Primo igit debem⁹ deſideria carnis reprimere: quere in materia de temperantia ⁊ gula: per contrarium de caſtitate: ⁊ luxuria.

❡ Secundo debemus mortis ſupplicia formidare: quere in materia de timore ⁊ ſuperbia: per contrarium in materia de inferno.

## ❡ Dñica.ix.poſt pēthecо.

Non ſimus concupiſcentes malorum.j.ad Cor.x. Qui eqtat laſciuū equū: debet ipm refrenare ſpecialiter iuxta periculum. Et ſm hoc apl's oſtēdit nobis duo: ſcꝫ concupiſcētie viciū caute refrenandū cum dicit. Non ſim⁹ concupiſcentes. concupiſcētie periculū: addēs maloꝝ.

❡ Primo igitur debem⁹ concupiſcētie vicium refrenare. Quere in materia de preceptis.

❡ Secundo debem⁹ concupiſcentie periculū formidare: ꝙtum ad gulam/ luxuriā/ auariciā. qre in materia iſtoꝝ.

## ❡ Dñica.x.poſt penthecо.

Diuiſiōes miniſtrationum ſunt idem autē dñs.j.Cor.xij. Multū decorat honorem regnum multiformis varietas ⁊ diſtributio miniſteriorū. Et ſm hoc in his vbis duo ſpecialiter deſcribunt: ſcꝫ obſequij diuini diſtributio ſalutaris cū dicit. Diuiſiones miniſtrationū ſunt. Diſpenſationis dei dñatio ſingularis cum additur. idem autem dominus.

❡ Primo igit debemus nos occupare ꝙtum ad opera miſericordie / iuſticie ⁊ penitentie: quere in materia eoꝝ.

❡ Secundo debem⁹ vnum deū adorare: quere in materia de preceptis.

## ❡ Dñica.xj.poſt penthecо.

Gratia dei ſum id qđ ſum: ⁊ gratia eius in me vacua non fuit.j.Cor.xv. Naturaliter arbor pri⁹ nitit radices figere: ⁊ poſtea fructus proferre. Et ſm hoc apl's in his verbis de quolibet viro iuſto oſtendit nobis duo: ſcꝫ veritatis ſtabilitatē dicens. Gratia dei ſum id qđ ſum. ⁊ operis fecunditatem: addens ⁊ gratia ei⁹ in me vacua non fuit.

❡ Primo igitur debemus eſſe virtutibus fixi: quere in materia de fide ſpe charitate ⁊ virtute in communi.

❡ Secundo debemus eſſe in bonis fecundi. quere in materia de miſericor-

dia et auaricia ꝛ accidia per cõtrariũ.

## ❡Dñica.xij.poſt pẽtheco.

Sufficientia noſtra ex deo eſt.ij.ad Coꝛ.iij. Sicut luna recipit lumen ſuũ a ſole ita creatura bonũ ſuum a creatoꝛe. Et ad hoc ꝙ luna plene lumen ſuum recipiat: opoꝛtet ꝙ ſol directe reſpiciat. et ſm hoc duo ſpecialiter in verbis iſtis oſtenduntur: ſcʒ integralis iuſti perfectio: cũ dicit. Sufficientia noſtra. ſecũdo iuſti ſpiritualis cõtemplatio: cũ addit. ex deo ē.

❡Primo igit debemus perfectionē virtutis habere. quere in materia de virtute in communi.

❡Secundo debem⁹ ad deũ per contemplationē reſpicere. Quere in materia de oꝛatione ꝛ contẽplatione.

## ❡Dñica.xiij.poſt penthe.

Lex ꝑpter tranſgreſſoꝛes poſita eſt. Gal.iij. Sicut eni principis equus indiget freno: ſic ꝓnitas et cõcupiſcentia nr̃a indiget iuſticie pꝛecepto. Et ſm hoc apoſtolus in his verbis oſtendit nobis duo: ſcʒ equitatem diuini pꝛecepti/ cũ dicit. Lex. ꝛ pꝛonitatem peccati/ cum dicit ꝑpter tranſgreſſoꝛes poſita eſt.

❡Primo igitur equitas pꝛecepti eſt obſeruanda. q̃re in materia de p̃ceptis

❡Secũdo peccati pꝛonitas moderãda. quere in materia de penitentia/ tẽperantia/ gula/ ꝛ luxuria/ ꝑ contrariũ.

## ❡Dñica.xiiij.poſt penthe.

Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ: ꝛ ſpiritus aduerſ⁹ carnē. Gal.v. Tẽp⁹ guerre eſt valde periculoſum: ꝛ maxime qñ eſt continuum ꝛ infeſtiuũ. Jdcirco tempoꝛe belli milites cõſueuerũt icedere armati. Et ſm hoc in verbo iſto duo nobis oſtendunt: ſcʒ carnis hoſtilitas domanda pꝛe oĩbus: cũ dicit. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ: ꝛ mẽtis ſinceritas armãda virtutib⁹: cũ addit: ſpũs aduerſ⁹ carnē.

❡Primo igitur debem⁹ hoſtilitatem carnis domare/ ꝛ ſpecialiter ꝙtum ad gulam ꝛ luxuriã. quere in materia de gula ꝛ luxuria.

❡Secũdo debemus mẽtis ſinceritatē amare. q̃re in materia de penitẽtia.

## ❡Dñica.xv.poſt pẽtheco.

Alter alterius onera poꝛtate/ ꝛ ſic adimplebitis legē xp̄i. Gal.vj. Boues iungũtur vt facilius trahant iugum/ ꝛ equi combinant vt facilius trahãt currũ. Et ſm hoc apoſtolus in hoc verbo ponens nos ſub dilectionis iugo/ docet ſpecialiter duo poꝛtare: ſcʒ pꝛoximoꝛũ partem laboꝛis cum dicit. Alter alterius onera poꝛtate. Secũdo cõſeruare legē amoꝛis: addens ꝛ ſic adimplebitis legem chꝛiſti.

❡Primo ergo eſt neceſſitas ꝓximoꝝ ſuppoꝛtãda. q̃re in materia de pietate et miſericoꝛdia.

❡Secũdo eſt dei ꝛ pꝛoximi charitas adimplẽda. Quere in materia de pꝛeceptis et charitate.

## ❡Dñica.xvj.poſt penthe.

Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Ephe.iiij. Sicut op⁹ glutinum eſt foꝛtiter cõiungere ꝛ ſicut vinculum eſt ligare: ſic opus charitatis eſt foꝛtiter amare. Et ſm hoc ap̄ls in ꝟbo ꝓpoſito monet nos ad duo: ſcʒ ad habẽdũ charitatis glutinũ in vnitate mentis: ibi. Solliciti ſeruare vnitatē ſpũs: ꝛ ad habendũ charitatis vinculũ in vnitate pacis addēs in vinculo pacis.

❡Primo igitur charitas loco glutini habet mentiũ vnitatē. quere in materia de charitate ꝛ de inuidia ꝑ ꝯtrariũ.

❡Secundo charitas loco vinculi habet neceſſariã pacē. Quere i materia de pace ꝛ ira per contrariũ.

## ❡Dñica.xvij.poſt penthe.

In charitate radicati ꝛ fundati. ephe.iij. Sicut radix arboꝛē poꝛtat/ ꝛ ſicut fũdamentũ edificiũ ſuſtinet: ſic charitas bonũ ichoat ꝛ cõ

ſeruat. Et ſm hoc in ꝟbis ꝓpoſitis de charitate duo ꝓponunt qm ipa eſt radix a qua generat fruct⁹ boni opis: et ideo dr in charitate radicati. Ipſa eſt fundamentū in qua ſituat ois ſtructura veritatis: ⁊ ideo ſubdit / ⁊ fundati.

¶ Pmo igr charitas ē radix reſpectu opis boni. q̄re in materia de charitate.

¶ Scdo charitas eſt fundamentū reſpectu virtutis. quere in eadē materia.

## ¶ Dñica. xviij. poſt pēthe.

Confirmabit vos vſq͵ in finē ſine crimie. j. Cor. j. Vulgo dr ꝙ finis non pugna corōnat. Vñ incaute ⁊ in vanū laudat nauta anteq͵ accepit portū: miles acq̄ſierit triumphum. Et ſm hoc apl's hortat nos ſpecialiter ad duo: ſcʒ ad firmitatem perſeuerantie cum dicit. confirmabit vos ad puritatem innocentie: addens ſine crimine.

¶ Pmo igit debemus in bono perſeuerare. q̄re in materia de pſeuerātia.

¶ Scdo debem⁹ peccatū odire. quere in materia de peccatis in communi.

## ¶ Dñica. xix. poſt penthe.

Qui furabat iā nō furetur: magis aūt laboret operando manib⁹ ſuis qd bonū ē. Ephe. iiij. Mercatores cōſueuerūt mercaturā / venationem illā eligere quā cognoſcunt ad lucrū viliorē eſſe. Et ſm hoc apl'us in verbo ꝓpoſito facit ſpecialiter duo. Prohibet acquiſitionē furtiuā cū dicit. Qui furabat iā nō furet. Suadet occupationē addēs. mag; aūt labo. ⁊c̄

¶ Pmo igit debem⁹ furtū ⁊ rapinā deteſtari. quere in materia de p̄ceptis ⁊ auaricia. ¶ Scdo debem⁹ bōis opationib⁹ occupari: et ſpāliter in opib⁹ iuſticie. Quere in materia de p̄ceptis penitentia / ⁊ miſericordia.

## ¶ Dñica. xx. poſt pētheco.

Nolite inebriari vino in q̄ eſt luxuria. Ephe. v. Medici ſūme ꝓhibēt vinū ifirmis: qr ſūme accēdit materiā febris. Et ſm hoc in ꝟbo iſto apl's duo facit. Primo ei ꝓhibet vinū gule: dicēs. Nolite inebriari vino. Secūdo p̄dicit febrē luxurie: addens / in q̄ eſt luxuria. ¶ Pmo igit debem⁹ gulam cauere. Quere in materia de luxuria ⁊ gula.

## ¶ Dñica. xxj. poſt penthe.

State ſuccicti lūbos vr̄os i veritate: ⁊ induti lorica iuſticie. Ephe. vj. Cōſueuerūt antiq͵ ⁊ ꝓbati milites docere pugnare ⁊ armare minores. ⁊ ſm hoc apl's docet nos in his ꝟbis tria. ſ. corpis caſtitatē: dicēs. State ſuccincti lūbos vr̄os. oris veritatē: addēs in ꝟitate: opis equitatē ſubdēs induti lorica iuſticie. ¶ Pmo igr dʒ eſſe caro mūda. q̄re in materia de caſtitate ⁊ luxuria ꝑ cōtrariū. ¶ Scdo dʒ eſſe lingua vera. q̄re in materia de veritate ⁊ mēdacio: per contrariū. ⁊ quere in materia de p̄ceptis. ¶ Tertio dʒ eē opatio iuſta. q̄re i materia de iuſticia.

## ¶ Dñica. xxij. poſt penthe.

Repleti fructu iuſticie ꝑ ieſum xp̄m in gloriā ⁊ laudē dei. Phil'. j. Mercatores ſocij cōſueuerūt primo lucro intendere: ⁊ poſtmodū lucrū diuidere. In oī opere bono ſunt ſocij deus ⁊ hō: ⁊ honor eſt portio dei qui gratiam largitur: fructus vero eſt portio hoīs q̄ bonū opus exequit. Et ſm hoc apoſtol⁹ in verbo ꝓpoſito monet nos q̄tum ad duo: ſcʒ ad fructum boni operis cumulādū: que eſt portio noſtra dicens. Repleti fructu iuſticie per ieſum xp̄m. Ad laudē et honorem deo perſoluendum que eſt portio ſua / addens: in gloriā ⁊ laudem dei.

¶ Pmo igitur debemus bonis operibus inſiſtere ⁊ ſpecialiter operibus miſericordie. Quere in materia de miſericordia. vel operib⁹ penitentie. quere in materia de penitentia.

¶ Secundo debemus in omnib⁹ deū laudare. Quere in materia de bonitate ⁊ ſuperbia per contrarium.

## ¶ Dñica. xxiij. poſt pēthe.

Quorum deus venter eſt et gloria in confuſione ipſoꝝ qui terrena ſapiunt. Phil. iij. Conſueuit nutrix in cōſpectu pueri contra immūdiciā ſpuere vt puer addiſcet immundicias non tractare. Et ſm hoc apl'us in verbis iſtis deſcribit nobis tria vicia deteſtanda: ſcȝ immundoꝝ ydolatriam deteſtabilē: dicens. Quorum deus venter eſt. Superboꝝ vanā gloriam cōfuſibilem/ addens: ⁊ gloria in confuſione ipſoꝝ. Cupidoꝝ auariciā inexplicabilē: ſubdēs. q̄ terrena ſapiūt

¶ Primo igit' debemus immundiciā fugere ⁊ ſpecialiter gulā et luxuriam: quere in materia eorum.

¶ Secundo debem⁹ auariciā calcare. q̄re i materia de ſupbia ⁊ hūilitate.

¶ Tertio debemus auiditatē cupidorum relegare. quere in materia de auaricia ⁊ paupertate.

## ¶ Dñica. xxiiij. poſt penth.

In omni opere bono fructificantes ⁊ creſcentes in ſciētia dei. Col'. j. Arbor nouella facit naturaliter duo. Nam creſcēdo fructificat: ⁊ fructificando creſcere non ceſſat. Et ſm hoc apoſtolus in verbo iſto monet nos ad duo: ſcȝ ad fructum bonoꝝ operum: dicens. In omni opere bono fructificantes. Ad augmentum virtutum addens. ⁊ creſcentes in ſcientia dei.

¶ Primo igitur debemus bonis operibus inſiſtere: ⁊ ſpecialiter tribus: ſcȝ iuſticie. quere in materia de p̄ceptis. penitētie: quere in materia de penitentia. miſericordie: quere in materia de miſericordia.

¶ Secundo debem⁹ in virtutibus ꝓficere. quere in materia de virtutibus in cōmuni. ⁊ de accidia p contrarium.

## ¶ In viſitatione.

Faciet iudiciū et iuſticiam in terra. Hier. xxiij. Bon⁹ paterfamilias pri⁹ ſeruis ſuis p̄dicit minas q̄ īferat plagas. ⁊ hoc eſt q̄d dicit dñs per Hieremiā prophetā. ⁊ in verbo iſto ꝓponit duo: ſcȝ chriſti iudiciū: quod debemus ſumme formidare: dicens. Faciet iudiciū. ⁊ ſecundo chriſti iuſticiam quam debemus obſeruare/ addens ⁊ iuſticiam in terra.

¶ Primo igitur ꝓponitur chriſti iudicium ad formidandū: quere in materia de timore ⁊ iudicio.

¶ Secundo proponit' iuſticia ad obſeruandū. quere in materia de iuſticia et preceptis.

## ¶ De apoſtolis.

Maiorem hac dilectionem nemo habet: vt animā ſuā ponat quis ꝓ amicis ſuis. Joh. xv. Conſuetum eſt in eccleſia q̄ in magna ſolēnitate pulſatur maior campana. ita et in feſto apoſtoloꝝ recitantur magnalia charitatis que eſt maxima virtutū. et ſm hoc in verbis iſtis ſaluator in laudē huius apoſtoli nobis ꝓponit de charitate duo: ſcȝ charitatis gradū qui non poteſt altior eſſe dicens. Maiorē hac dilectionē nemo habet. Charitatis ſignū q̄d non poteſt certius eſſe: addēs vt animā ſuam ponat quis ⁊c̄.

¶ Primo igitur debem⁹ exemplo huius apoſtoli dilectionis gradus aſcendere. quere in materia de charitate et accidia per contrarium.

¶ Secundo debemus ſignū dilectionis oſtendere: quere in materia de charitate ⁊ accidia per contrarium.

## ¶ Idē de eiſdē apoſtolis.

Eſtote prudentes ſicut ſerpētes ⁊ ſimplices ſicut columbe. Mat. x. Miles debet eſſe precipue armatus contra illa tela quibus vtitur inimicus. Et ideo q: mundus habet duo tela p̄cipua: ſcȝ fraudulentiā ⁊ violentiā: q: per fraudulētiā decipit ⁊ per violentiā opprimit. Ideo ſaluator ī his verbis armat milites ſuos ſpecialiter duob⁹ armis: ſcȝ ſerpentina ſagacitate contra mundi fraudulētiam dicens. Eſtote prudentes ſicut ſerpen

tes:columbina ſimplicitate contra mū
di violentiam:addens ⁊ ſimplices ſicut
columbe.
¶ Primo igitur debem⁹ habere exē-
plo huius apoſtoli prudentiam. Que-
re in materia de prudentia.
¶ Secundo debemus habere mitita-
tem colūbinam. quere ī materia de mā
ſuetudine et ira. per cōtrarium.

## ¶ De eiſdem apoſtolis.

Ecce ego mitto vos ſicut
oues in medio luporum.
Math.x. Conſueuit lupa-
rius lupo exponere agnū:
vt cum agno capiat lupū.
Iſto modo noue venatiōis vſus eſt xp̄s
qui principib⁹ mūdanis expoſuit apo-
ſtolos: ⁊ per apoſtolos cepit principes
et reges mundanos. Et ſm̄ hoc in verbo
iſto ad laudē huius apoſtoli deſcribit
duo ſcʒ diuinā auctoritatē dicēs. Ec-
ce ego mitto vos: ouinā ſimplicitatē:
addens: ſicut oues in medio luporum.
¶ Primo igitur apoſtoli fuerunt miſ-
ſi ad predicādū verbum dei. quere in
materia de predicatione.
¶ Secundo fuerunt miſſi ad edificā-
dum per exemplū. quere in materia de
religione. Propter primū eſt apoſtolo-
rū dignitas honorāda. quere in mate-
ria de hūilitate. Propter ſcdm̄ eſt eo-
rū humilitas imitanda: precipue q̄ʒtū
ad pauptatem/obedientiam ⁊ charita-
tem. quere ī materia de pauptate/cha
ritate/et obedientia.

## ¶ De eiſdem apoſtolis.

Hoc eſt preceptū meū vt di-
ligatis inuicē: ſicut dilexi
vos. Iohā.xv. Conſueuit
magiſter quādo vult ſcho-
lares bene inſtruere: exem-
pla ſenſibilia in lectione proponere vt
ſcholares poſſint facilius retinere: et
ideo ſaluator legens ſcholarib⁹ ſuis.i.
apl'is lectionem charitatis pponit ſe-
ipm tāq̄ʒ exēplū lectionis. Et ſm̄ hoc
charitas que fuit lectio aploꝝ deſcri-
bitur hic tripliciter. ſcʒ vt mādatū in-
tranſgreſſibile: cū dr/hoc eſt preceptū
meū. vt vīculū indiſſolubile: cū addit'/
vt diligatis inuicem. vt exēplum intel
ligibile: cum dicitur/ſicut dilexi vos.
¶ Primo igitur debem⁹ charitatem
ſicut preceptum ſeruare. quere in ma-
teria de preceptis.
¶ Secundo debemus charitatem ſi-
cut vinculum nodare. quere ī materia
de charitate.
¶ Tertio debemus charitatem chri-
ſti ſicut exēplum palpare. quere ī ma-
teria de charitate.

## ¶ De vno martyre.

Iuſtus vt palma florebit.
pſalm̄.xcj. Conſueuit agri
cola arbores gn̄oſas elige-
re vt eas poſſit ī ſuo virgul
to plātare. ſic dn̄s noſter ie
ſus xp̄s eligit arbores nobiliſſimas in
virgulto paradiſi plātandas: inter q̄s
elegit hui⁹ venerādi martyris victoriā
ſicut palmā fructuoſam et ſpecioſam.
Et ſm̄ hoc martyr iſte glorioſus ī iſto
verbo tripliciter cōmēdat'. ſcʒ vt iuſt⁹
in opere: cū dr̄ iuſtus. vt fortis ī tribu-
latione: cū addit'/vt palma. vt pulcher
in conuerſatione: cū ſubditur florebit.
¶ Primo igitur debem⁹ exēplo hui⁹
martyris habere iuſticie rectitudinem.
quere in materia de iuſticia.
¶ Secundo patientie fortitudinem.
quere in materia de fortitudine.
¶ Tertio mundicie pulchritudinem.
quere in materia de caſtitate.

## ¶ Item de eodē martyre.

Poſuiſti dn̄e ī capite ei⁹ co-
ronam de lapide precioſo.
pſal.xx. Magn⁹ honor eſt
qn̄ imperator pmouet ali-
quē in militē: et maior cū
coronat eū regē. Talē honorē iſti mar-
tyri glīoſo exhibuit dn̄s: qn̄ nō ſolū in
ſtrēnuū militē ipm̄ pmouit ſed celeſti
dyademate coronauit. Et ſm̄ hoc apo-
ſtolus ī laudē ſue corone duo ſpālr
pponunt'. ſcʒ honor imperialis: cū dr/
poſuiſti dn̄e ſup caput ei⁹. valor mar-
tyrialis: cū dicitur/de lapide precioſo.
¶ Primo igitur exēplo huius marty

ris corona meritoꝝ noſtroꝝ debet eſſe virtutibus ſpecioſe formata. quere in materia de continentia.

¶ Scdo debet eſſe ꝑcioſe fabricata. q̄re i materia de virtute ⁊ humilitate.

## ¶ De pluribꝰ martyribꝰ.

Sancti per fidē vicerūt regna. Heb. xj. Bñ debēt reputari ſtrenui milites quādo pauciſſimi vincunt plures. Tales fuerūt iſti ſācti martyres q̄ ſuperauerūt mūdanos pricipes ⁊ reges. Et ſm hoc Apl's i ꝟbis iſtis deſcribit tria martyꝝ ꝑconia glorioſa. ſcʒ vite mūdiciā: dicēs / ſācti. mētis iuſticiā: addēs / per fidē. mortis victoriam: ſubdēs / vicerūt regna.

¶ Primo ergo exēplo ſctoꝝ martyꝝ debemꝰ habere caſtitatem pro lorica. quere in materia de caſtitate.

¶ Secundo fidem pro lancea. quere in materia de fide.

¶ Tertio perſeuerātiam pro corona. quere in materia de fortitudine.

## ¶ De eiſdem martyribus.

Iuſtoꝝ aīe i manu dei ſūt. Sap. iij. Conſueuerūt incole ſteriles terras ⁊ tyrānoꝝ regna dimittere: ⁊ ad fertiles terras ⁊ ad regna pacifica ſe trāſferre. Sic fecerūt ſācti martyres q̄ dimiſerunt terras ſteriles huiꝰ ſeculi / et tyrānidem diaboli: et trāſtulerūt ſe ad pacificum regnū xp̄i. Et ſm hoc i ꝟbis iſtis duo martyꝝ preconia ꝓponūt. ſcʒ plena ꝑfectio reſpectu ſui: cū dr / iuſtoꝝ aīe. plena ſubiectio reſpectu dei: cū ſubdit / in manu dei ſūt.

¶ Primo igitur exemplo martyrum debemus eſſe virtute iuſticie perfecti. quere in materia de iuſticia.

¶ Scdo debemꝰ obediētia eſſe ſubiecti. quere in materia de obedientia.

## De vno cōfeſſore pontifice.

Aſſimilatꝰ filio dei manet ſacerdos in ꝑpetuū. Heb. vij. Satis res cōmēdatur de candore qñ cōparat niui: et res de calore qñ comparat igni. Sic ꝯmēdātur merita huiꝰ cōfeſſoris et pōtificis glorioſi cū comparāt xp̄o. Et ſm hoc in ꝟbis iſtis iſte cōfeſſor cōmēdatur de duobꝰ. ſcʒ de ſctitate ꝑfecta: cū dicit / aſſimilatꝰ filio dei. de dignitate precelſa: cum dicit / manet ſacerdos in perpetuum.

¶ Primo igit exēplo huiꝰ cōfeſſoris eſt xp̄i ſctītas imitāda. q̄re in materia de ſctitate vel virtute in cōi. de humilitate / miſericordia / et fortitudine.

¶ Secūdo non eſt terrena ſʒ celeſtis dignitas appetenda. quere in materia de ſpe ⁊ humilitate.

## ¶ De vno doctore.

Os iuſti meditabitur ſapiētiam: et ligua eiꝰ loquet iudiciū. ps. xxxvj. Naturaliter os hoīs facit duo. ſ. guſtādo ꝓbat cibū et loquēdo format ꝟbū. Et ſm hoc glioſus iſte doctor habuit duo bona ex q̄bꝰ extollit in his ꝟbis. ſcʒ guſtū ſapiētie i cōtēplatione: ideo dr / os iuſti meditabit ſapiētiā. ꝟbū eloquētie in predicatiōe: et iō addit / et lingua eiꝰ loquet iudicium.

¶ Prīo igit exēplo huiꝰ ſancti doctoris debemꝰ imitari ſapiētiā quā ipe cōſiderauit: et precipue mortis miſeriā ad humiliādum et celi gloriā deſiderādum. q̄re i materia de humilitate quātum ad primū: et de ſpe q̄ntū ad ſcdm.

¶ Scdo debemus formidare iudicia que ipſe formidauit. quere in materia de timore.

## De vno ꝯfeſſore nō pōtifice

Iuſtum deduxit dñs per vias rectas: et oſtēdit illi regnū dei. Sap. x. Multum letat peregrinꝰ quādo de aliquo ꝟtice mōtꝭ oſtēdit ei terminꝰ ſue diete. Sic fecit dñs huic ſctiſſimo cōfeſſori: cū eſſet in ꝟtice cōtēplatiōis oñdit ei regnū eterne felicitatis. Et ſm hoc ſapiēs in verbis iſtis ꝓponit duo preconia huiꝰ cōfeſſoris. ſcʒ ſue peregrinationis ꝓgreſſum certiſſimum: dicēs / iuſtū deduxit

dñs per vias rectas. et ſue glorificationis viſum rectiſſimum: addens. et oſtēdit illi regnum dei.

¶ Primo igiť exēplo hui⁹ ſancti confeſſoris debem⁹ per iter preceptoꝝ incedere. quere in materia de preceptis.

¶ Secūdo debem⁹ ad finem premiorum recte aſcendere. quere in materia de gaudio paradiſi.

## ¶ De virgine martyre.

Sicut liliū inter ſpinas: ſic amica mea inter filias. Cāti. ij. Conſueuerūt amatores laudib⁹ amicas extollere et cantationib⁹ laudare. Sic amator virginū xp̄s in laudib⁹ hui⁹ glorioſe virgis ⁊ martyris ſpōſe ſue cantat per ſapiētiā cantilenā hui⁹ dulciſſime melodie. Et ſm hoc i v̄bis iſtis cōmēdat eā quadrupliciter. ſcʒ vt decoratā candore floreo: cū dicit, ſicut liliū. vt laureatā cruore roſeo: cū additur / inter ſpinas ſcʒ martyrij. vt liquefactā amore flāmeo: cū ſubdit ſic amica mea. vt exaltatam honore ſtelleo cū cōcludit / inter filias. i. inter aīas btās.

¶ Primo igitur exēplo hui⁹ virginis debem⁹ incorruptionis florem diligere. quere i materia de caſtitate et luxuria: per contrarium.

¶ Scdo debem⁹ tribulationis ſpinas ſuſtinere. q̄re i materia de fortitudine et penitētia: ⁊ de accidia: p contrariū.

¶ Tertio debem⁹ igne charitatis ardere. quere in materia de charitate.

¶ Quarto debem⁹ conſortium celeſte deſiderare. quere in materia de ſpe et timore: per contrarium.

## ¶ De virgine nō martyre.

Queram⁹ dño noſtro regi adoleſcentulā virginē. iij. Reg. j. Sicut d̄ prato colliguntur flores pulchriores: ſic xp̄s de mūdo p angelos ſuos colligit v̄gies elegātiores. Et ſm hoc duo preconia ad laudē huius virginis ꝓponūtur in verbis iſtis. ſcʒ regale cōnubium ad qđ fuit aſſumpta: cum dr / queram⁹ dño noſtro regi. virginale preconium ad qđ fuit electa. cum dicitur adoleſcētulam virginem.

¶ Primo igitur exēplo hui⁹ virginis aīa fidelis debet eſſe xp̄o deſponſata. quere in materia de fide ⁊ charitate.

¶ Secūdo debet eſſe caſtitas priuilegio decorata. quere i materia de caſtitate ⁊ luxuria: per contrarium.

## ¶ Itē de v̄gie nō martyre.

O q̄ pulchra ē caſta generatio cū claritate. Sap. iiij. Conſueuit hō mirari ſpecialiter ꝓpter tria. Miratur eni homo i re multum pulchra: in re multum noua: in re multum clara. Et ſm hoc hui⁹ ſancte xp̄i ſpōſe tria mirāda preconia proponuntur. ſcʒ decor cōuerſationis: cum dicitur / o q̄ pulchra eſt. cādor incorruptionis: cum additur / caſta generatio. ſplēdor cōtēplationis: cum ſubditur / cum claritate.

¶ Primo igitur exemplo huius virginis debemus eſſe pulchri. quere in materia de virtute in communi: et de temperantia.

¶ Secundo debem⁹ eſſe decori incorruptione. quere in materia de caſtitate ⁊ luxuria: per contrarium.

¶ Tertio debemus eſſe radioſi per cōtemplationem. quere in materia de cōtemplatione.

¶ Explicit dieta ſalutis.

## Prima tabula diete ſalutis.

De peccato in comuni. capi. j.
De peccato in ſpeciali. capi. ij.
De ſuperbia. iij.
De inuidia. iiij.
De ira. v. De auaricia. vj.
De accidia. vij.
De gula. viij.
De luxuria. ix.

℄ Secunda dieta.
De penitentia. x.
De contritione. xj.
De confeſſione. xij.
De ſatiſfactione. xiij.
De oratione. xiiij.
De ieiunio. xv.
De elemoſyna. xvj.

℄ Tertia dieta.
De preceptis in cõmuni. xvij.
De preceptis. j. tabule. xviij.
De preceptis. ij. tabule. xix.

℄ Quarta dieta.
De religione. xx.
De obedientia. xxj.
De paupertate. xxij.
De caſtitate. xxiij.

Quinta dieta.
De virtute in communi. xxiiij.
De charitate. xxv.
De fide. xxvj. De ſpe. xxvij.
De prudentia. xxviij.
De temperantia. xxix.
De fortitudine. xxx.
De iuſticia. xxxj.

℄ Sexta dieta.
De timore. xxxij.
De pietate. require ĩ capitulo de mĩa.
De ſcientia: in capitulo de prudentia.
De fortitudine. require ſupra.
De conſilio. xxxiij.
De intellectu. xxxiiij.
De ſapientia. xxxv.

℄ Septima dieta.
De humilitate. xxxvj.
De manſuetudine vel mititate. xxxvij.
De fletu. xxxviij.
De eſurie ꝛ ſiti iuſticie. re. ĩ. c. d̄ iuſticia
De miſericordia. xxxix.
De mundicia cordis. xl.
De pace. xlj. De patiẽtia. xlij.

℄ Octaua dieta.
De charitate. require ſupra.
De gaudio ſpirituali. xliij.
De pace. require ſupra.
De patientia. require ſupra.
De lõganimitate vel ꝑſeuerãtia. xliiij.
De bonitate. require. s̄. in cap. de mĩa.
De benignitate. xlv.
De mãſuetudine. xlvj. De fide. xlvij.
De modeſtia. req. s̄. in. c. de tẽperãtia.
De cõtinẽtia. req. s̄. in. c. de caſtitate.
De caſtitate. require ſupra.

℄ Nona dieta.
De generali iudicio. xlviij.
De penis inferni. xlix.
De gaudijs paradiſi. l.

℄ Finis.

## ℄ Sequitur magna tabula diete ſalutis: in qua ſunt diuiſiones mẽbrorum cuiuſlibet capl'i ĩ qualibet dieta: et ſunt in nũero. ix. diete: et capl'a. l.

℄ Incipiunt diuiſiones mẽbrorum primi capituli.

℄ Prima dieta.

℄ Peccatum eſt deformitas quam de⁹ deteſtatur: iniq̃tas quã demon amplexat̃: infirmitas qua mũd⁹ diſſipat̃.

℄ Diuiſiones ſecundi capituli.

